Et ab extremitatibus cœli exitus ejus, & 7 cubile ejus ſuper extrema cœlorum, nec eſt quod lateat ſplendorem ipſius. Lex Domini 8 ſine macula eſt, & convertens animam. Teſtimonium Domini fidele, & ſapientiā præſtans parvulis. Præcepta Domini recta, & 9 exhilarantia cor: mandatum Domini electū, & illuminans oculos. Timor Domini mun- 10 dus & permanens in ſeculum; Judicia Domini cum æquitate, & juſta ſunt in omni re, Atque expetibilia magis quàm aurum, & 11 quā lapides optimi, atque dulciora melle & favo. Etiam ſervus tuus cautè ſervavit ea, 12 ſique obſervaverit illa, retributionem conſequetur multam. Lapſus quis intelligat? & ab 13 oculsis munda me; Etiam ab iniquitate cohibe ſervum tuum, nè dominentur mihi mali- 14 gni, & expurgabor à peccatis. Sint in bene- 15 placitum tuum verba oris mei, meditatio cordis mei in conſpectu tuo, Domine, adjutor meus, & liberator meus.

PSAL. XX.

Davidis: quum rogaret ut ſalvaretur à bello Ammonitarum. Nobis autem modò precatio utilis. Verſ. 20. 1

EXaudiat te Dn̄s in die tribulationis, & au- 2 xilietur tibi nomen Dei Jacob: Mittat tibi auxiliū è ſanctuario ſuo, atq; è Sion te ſuf- 3 fulciat: Memor ſit tibi Dn̄s omniū oblationū 4 tuarū, & holocauſta tua ipſe pinguefaciat. Tribuat tibi Dn̄s ſecundū cor tuū, & juxta 5 omne conſiliū tuū perficiat; Laudéſq; dice- 6 mus in ſalute tua, & in nomine Dei noſtri extollemur: peragat Dn̄s omnē voluntatē tuā. Nunc notū eſt quòd ſalvârit De⁹ unctum ſuū, 7 & exaudierit eū de cœlo ſanctitatis ſuæ, virtute ac ſalute dexteræ ſuæ. Hi in curribus, et 8 hi in equis, nos autem in nomine Dn̄i Dei noſtri magnificabimur. Ipſi ſuccubuerunt et 9 corruerunt, nos autē ſurrexim⁹, et accinxim⁹ nos. Dominus liberabit nos, et rex noſter ex- 10 audiet nos die quâ invocaverimus eum.

PSAL. XXI.

Davidis. Petitio eorum quæ adjumento ſunt viro juſto. Verſ. 27. 1

DOmine, in virtute tua lætabitur rex, et 2 in tua ſalute exultabit vehementér.

Versio VULG. LAT.

7 A summo cœlo egressio ejus: Et occur-
sus ejus uſque ad ſummum ejus: nec eſt
8 qui ſe abſcondat à calore ejus. Lex Dñi
immaculata, convertens animas: teſti-
monium Domini fidele, ſapientiam præ-
9 ſtans parvulis. Juſtitiæ Domini rectæ, læ-
tificantes corda: præceptum Domini lu-
10 cidum, illuminans oculos. Timor Domi-
ni ſanctus, permanens in ſeculum ſeculi:
judicia Domini vera, juſtificata in ſemet-
11 ipſa. Deſiderabilia ſuper aurum & lapi-
dem pretioſum multum: & dulciora ſu-
12 per mel & favum. Etenim ſervus tuus
cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retribu-
13 tio multa. Delicta quis intelligit? ab oc-
14 cultis meis munda me: Et ab alienis par-
ce ſervo tuo. Si meî non fuerint domina-
ti, tunc immaculatus ero: & emundabor
15 à delicto maximo. Et erunt ut compla-
ceant eloquia oris mei: & meditatio cor-
dis mei in conſpectu tuo ſemper. Domi-
ne adjutor meus, & redemptor meus.

1 In finem, Pſalmus David. XIX.

2 EXaudiat te Dominus in die tribulati-
onis: protegat te nomen Dei Jacob.
3 Mittat tibi auxilium de ſancto: & de Si-
4 on tueatur te. Memor ſit omnis ſacrificii
5 tui: & holocauſtum tuũ pingue fiat. Tri-
buat tibi ſecundùm cor tuum: & omne
6 conſilium tuum confirmet. Lætabimur in
ſalutari tuo: & in nomine Dei noſtri
7 magnificabimur. Impleat Dñs omnes pe-
titiones tuas: nunc cognovi quoniã ſal-
vum fecit Dominus CHRISTUM ſuum.
Exaudiet illum de cœlo ſancto ſuo: in
8 potentatibus ſalus dexteræ ejus. Hi in
currib⁹, & hi in equis: nos autem in no-
mine Domini Dei noſtri invocabimus.
9 Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos au-
10 tem ſurreximus & erecti ſumus. Domine,
ſalvum fac regem: & exaudi nos in die,
quâ invocaverimus te.

1 In finem, Pſalmus David. XX.

2 DOmine, in virtute tua lætabitur rex:
& ſuper ſalutare tuum exultabit ve-
hementer.

Verſio GRÆC. LXX. Interp.

7 Ἀπ᾽ ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ· † καὶ τὸ κατάν-
τημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ· † καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀ-
8 ποκρυβήσεται τὴν θέρμην αὐτοῦ. † Ὁ νόμος (γ) τοῦ
κυρίου ἄμωμος ἐπιστρέφων ψυχάς, † ἡ μαρτυρία
9 κυρίου πιστὴ σοφίζουσα νήπια. † Τὰ δικαιώματα κυρίου
(ᵈ) εὐθέα εὐφραίνοντα καρδίαν, † ἡ ἐντολὴ κυρίου
10 τηλαυγὴς φωτίζουσα ὀφθαλμούς. † Ὁ φόβος κυ-
ρίου ἁγνὸς διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος, † τὰ κρίμα-
τα κυρίου ἀληθινὰ δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό.
11 † Ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πο-
12 λύν, † καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. † Καὶ
γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά, † ἐν τῷ φυλάσσειν
13 αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή. † Παραπτώματα τίς
14 συνήσει; † ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, † Καὶ
ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου. † ἐὰν μή μου
(δ) κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι, † καὶ
15 καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης. † Καὶ ἔ-
σονται εἰς εὐδοκίαν τὰ λόγια τοῦ στόματός μου, † καὶ
ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου ἐνώπιόν σου (ε) διαπαντός·
† κύριε βοηθέ μου, καὶ λυτρωτά μου.

1 Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. ιθʹ.

2 † ἘΠακούσαι σου κύριος ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως,
† ὑπερασπίσαι σου τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ Ἰακώβ.
3 † Ἐξαποστείλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου, † καὶ ἐκ
4 Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου. † Μνησθείη πάσης θυσίας
σου, † καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου πιανάτω. ΔΙΑ-
5 ΨΑΛΜΑ. † Δῴη (α) σοι κατὰ τὴν καρδίαν σου, † καὶ
6 πᾶσαν τὴν βουλήν σου (ᵈ) πληρώσαι. † Ἀγαλλιασόμεθα
(β) ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, † καὶ ἐν ὀνόματι θεοῦ ἡμῶν
7 μεγαλυνθησόμεθα. † Πληρώσαι κύριος πάντα τὰ
αἰτήματά σου. † νῦν ἔγνων ὅτι ἔσωσε κύριος τὸν
χριστὸν αὐτοῦ· † ἐπακούσεται αὐτοῦ ἐξ οὐρανοῦ ἁγίου αὐ-
τοῦ, † ἐν δυναστείαις ἡ σωτηρία τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ.
8 † Οὗτοι ἐν ἅρμασι καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, † ἡμεῖς δὲ ἐν
ὀνόματι (γ) κυρίου θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα.
9 † Αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσαν, † ἡμεῖς δὲ ἀνέστη-
10 μεν καὶ ἀνορθώθημεν. † Κύριε σῶσον τὸν βασιλέα, † καὶ
ἐπάκουσον ἡμῶν, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλεσώμεθά σε.

1 Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. κʹ.

2 † ΚΎριε ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασι-
λεύς, † καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιά-
σεται σφόδρα.

MS.A. (γ) κυρίου (ᵈ) εὐθεῖα (δ) κατακυριεύσουσιν, (ε) διαπαντός.
Ψαλμ. ιθʹ. MS. A. (α) σοι κύριος κατὰ (ᵈ) πληρώσει. (β) ἐπὶ τῷ (γ) θεοῦ ἡμῶν

Verſ. GRÆ. LXX. Interp. & Æthiopicæ, Tranſl. LAT.

A ſummo cœlo egreſſio ejus. 7 Et 7
occurſ⁹ ej⁹ uſque ad ſummũ cœ-
li: nec eſt qui ſe abſcondat à calo-
re ej⁹. 8 Lex Domini immaculata, 8
convertens animas: teſtimonium
Domini fidele, ſapientiã præſtans
parvulis. 9 Juſtitiæ Domini rectæ, 9
lætificantes cor: præceptũ Domini
lucidum, illuminans oculos. 10 Ti- 10
mor Domini caſtus, permanens in
[c] ſeculũ ſeculi: judicia Domini
vera, [d] juſtificata in idipſum:
11 Deſiderabilia ſuper aurũ et la- 11
pidẽ pretioſũ multũ: et dulciora
ſuper [e] mel et favum. [f] 12 Et- 12
enim ſerv⁹ tu⁹ cuſtodit ea; in cu-
ſtodiendis illis retributio multa.
13 (d) Delicta quis intelliget? ab 13
occultis meis munda me: Et ab (e) 14
alienis parce ſervo tuo. 14 Si meî
non fuerint dominati, tunc imma-
culatus ero, & mundabor à deli-
cto magno. 15 Et erunt (f) in bene- 15
placitum eloquia oris mei, et medi-
tatio cordis mei in conſpectu tuo
ſemper. 16 Domine adjutor meus,
& redemptor meus.

In finem, Pſalmus ipſi David. 1
XIX.

1 E*Xaudiat tẽ Domin⁹ in di* [a] 2
tribulationis: protegat te nomen
Dei Jacob. 2 Mittat tibi auxilium 3
de [b] *ſancto: & de Sion tueatur*
te. 3 Memor ſit omnis ſacrificii 4
tui, & holocauſtũ tuum (a) pin-
guefaciat. DIAPSALMA. 4
(b) Tribuat [c] *tibi ſecundùm cor* 5
tuum: & omne conſiliũ tuum [d]
compleat. 5 Exultabimus in ſalu- 6
tari tuo: & in nomine [e] *Dei no-*
ſtri magnificabimur. 6 Impleat [f] 7
Dominus omnes petitiones tuas:
nunc cognovi, quoniã ſalvũ fecit
Dominus Chriſtũ ſuum. 7 Exau-
diet illum de cœlo ſancto ſuo: in
potentatibus ſalus dexteræ ejus.
8 [g] *Hi in currib⁹, et hi in equis:* 8
nos autem in nomine Domini Dei
noſtri (c) magnificabimur. 9 Ipſi 9
(†) obligati ſunt, et deciderũt: nos
autẽ ſurreximus, & erecti ſum⁹.
10 Domine, ſalvũ fac regem: & 10
exaudi nos, in (d) [h] *quacunque die invocaverimus te.*

In finem, Pſalmus ipſi David. XX. 1

D*omine, in virtute tua Letabitur rex; & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.* 2

Verſio ÆTHIOPICA.

እምአጽናፈ፡ሰማይ፡ሙፃኡ፡፡=፡ወእስከ፡አ 7
ጽናፈ፡ ሰማይ፡ ምእታዊ፡፡እልቦ፡ ዘይትኀባ
እ፡እምሰሐቡ፡፡=፡ሕግ፡ለእግዚአብሔር፡ 8
ንጹሕ፡ወይሜይጥ፡ለነፍስ፡፡ስምዑ፡ለእግዚ
አብሔር፡እሙን፡ ወያጠብብ፡ ሕፃናተ፡፡=፡
ኵነኔሁ፡ለእግዚአብሔር፡ርቱዕ፡ ወያስተፌ 9
ሥሕ፡ ልበ፡፡ትእዛዙ፡ ለእግዚአብሔር፡ብ
ሩህ፡ወያበርህ፡አዕይንተ፡፡=፡ፈሪሀ፡እግዚአ 10
ብሔር፡ንጹሕ፡ወየሐዩ፡ ለዓለም፡፡ፍትሑ፡
ለእግዚአብሔር ፡ ጽድቅ ፡ ወርትዕ ፡ ኅቡ
ረ፡፡=፡ ወይትፈተው፡እምወርቅ፡ወእምዕን 11
ቍ ፡ ክቡር፡፡ወይጥዕም ፡ እመዓር ፡ ወሶከ
ር፡፡=፡ወገብርከሰ፡ያዐቅቦ፡፡ወበዓቂቦቱ፡ይ 12
ትዓሰይ፡ብዙኀ፡፡=፡ ስሕተት፡መኑ፡ይሌብ 13
ዋ፡፡እምኅቡአትየ፡አንጽሐኒ፡ወእምነኪር፡
መሐኮ፡ለገብርከ፡፡=፡ ወእመሰ፡ሊቀነዩኒ፡ 14
ውእተ፡ጊዜ፡ንጹሐ፡እከውን፡፡ወእነጽሕ፡እ
ምዐባይ፡ኀጢአትየ፡፡=፡ወይከውን፡ስሙረ፡ 15
ቃለ፡አፉየ፡፡ወሕሊና፡ልብየኒ፡ ቅድሜየ፡ው
እቱ፡በኵሉ፡ጊዜ፡፡=፡ እግዚእየ፡ረዳኢየ፡ 16
ወመድኀንየ፡፡=፡

ፍጻሜ፡መዝሙር፡ዘደዊት፡፡

፲፱ ይስማዕከ፡ እግዚአብሔር፡ በዕለተ፡ም 1
ንደቤከ፡፡ወይቁም፡ለከ፡ስሙ፡ለአምላከ፡ያ
ዕቆብ፡፡=፡ ወይፈኑ፡ለከ፡ረድኤተ፡እምቅደ 2
ሱ፡፡ወእምጽዮን፡ይትወከፍከ፡፡=፡ ወይዝ 3
ክር፡ለከ፡ኵሎ፡ መሥዋዕተከ፡፡ወያጥልል፡
ለከ፡ቍርባነከ፡፡=፡ የሀብከ፡እግዚአብሔ 4
ር፡ዘከመ፡ ልብከ፡፡ወይፈጽም፡ ለከ፡ኵሎ፡
ሥምረተከ፡፡=፡ ወንትፌሣሕ፡በአድኅኖት 5
ከ፡፡ወነዐቢ፡ በስመ፡ እግዚአብሔር፡ አምላ
ክነ፡፡=፡ ወይፈጽም፡ለከ፡እግዚአብሔር፡ 6
ኵሎ፡ስእለትከ፡፡ይእዜ፡አእመርኩ፡ከመ፡
አድኀኖ፡እግዚአብሔር፡ለመሲሑ፡፡=፡ ወ 7
ይሰጠዎ፡እምሰማይ፡ መቅደሱ፡፡በኀይለ፡አ
ድኅኖተ፡የማኑ፡፡=፡ እሙንቱሰ፡በአፍራስ፡ 8
ወበሰረገላት፡፡ወንሕነሰ፡ነዐቢ፡በስመ፡እግዚ
አብሔር፡አምላክነ፡፡=፡ እሙንቱሰ፡ታዐቅ 9
ጹ፡ወወድቁ፡፡ወንሕነሰ ፡ ተንሣእነ ፡ ወረታዕ
ነ፡፡=፡ እግዚኦ ፡ አድኅኖ፡ ለንጉሥ፡፡ወሰ 10
ምዓነ፡በዕለተ፡ንጼውዓከ፡፡=፡

ፍጻሜ፡መዝሙር፡ዘደዊት፡፡

፳ እግዚኦ፡በኀይልከ፡ይትፌሣሕ፡ንጉሥ፡፡ 1
ወብዙኀ፡ይትሐሠይ፡በአድኅኖትከ፡፡=፡ 2

INTERP. ÆTHIOP. [c] ſeculum: judicia [d] & recta ſimul: [e] mel & ſaccharum. [f] Et ſervus etiam tuus *PSAL.* XIX. [a] tribulationis tuæ: & erigat te [b] ſancto ſuo: [c] tibi Deus quicquid eſt ſecundùm [d] tibi compleat. [e] Domini Dei noſtri [f] tibi Dominus [g] Hi quidem in equis, & hi in curribus: [†] irretiti [h] die quâ

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

7 8 * من أطراف السماء خروجها * والى أطراف السماء منتهاها. وليس من يختفي من حرارتها * ناموس
9 الرب مطهر يرد النفوس * شهادة الرب صادقة تعلم الأطفال * حقوق الرب مستقيمة تفرح
10 القلوب * وصية الرب مضيئة تضيء الأبصار من البعد * خشية الرب طاهرة دائمة الى الأبد *
11 أحكام الرب أحكام حق عادلة جميعا * ارادة قلبه مختارة أفضل من الذهب والجوهر الثمين *
12 13 وحلوة أفضل من العسل والشهد * وان عبدك يحفظها * اذ في حفظها مجازاة كثيرة * من
14 يقدر أن يفهم الآثام * طهرني يا رب * من خفياتي الذين ليسوا مني * أشفق على عبدك * فاذا
15 لم يتسلطوا علي حينئذ أكون طاهرا * وأطهر من عظم خطيئتي * تكون جميع أقوال فمي
كمسرتك * وتلاوة قلبي أمامك في كل حين * الرب معيني ومخلصي *

1 * المزمور التاسع عشر لداود * ك * استيخن *

2 3 * يستجيب لك الرب في يوم شدتك * ينصرك اسم اله يعقوب * يبعث لك بعون من القدس *
4 5 ومن صهيون يعضدك * يذكر جميع ذبائحك * ومحرقاتك يستدسمها * يعطيك الرب مثل
6 قلبك * وكل أمانيك يتمم * نعترف لك يا رب بخلاصك * وباسم الرب الهنا نسمي * يكمل لك
7 الرب جميع سؤالك * الآن علمت أن الرب خلص مسيحه * وهو يستجيب له من سماء قدسه
8 9 بقوة خلاص يمينه * هؤلاء بالمراكب وهؤلاء بالخيل * ونحن باسم الهنا نسمي * هم استبكوا
10 وسقطوا * ونحن قمنا ونهضنا * يا رب خلص الملك * واستجب لنا يوم ندعوك *

1 * المزمور العشرون لداود * استيخن * كز *

2 * يا رب بقوتك يفرح الملك * وبخلاصك يستبشر جدا *

A finibus cœli exitus ejus, et ad fines cœli 7
terminus ejus: nec eſt qui ſe abſcondat à
calore ejus. Lex Domini pura, reparans 8
animos: Teſtimonium Domini verax, eru-
diens pueros. Statuta Domini recta, exhi- 9
larantia corda; mandatum Domini luci-
dum, illuminans oculos à longè. Timor 10
Domini caſtus, perſeverans in æternum:
Judicia Domini judicia vera, æqua cun-
cta; Voluntas cordis ejus ſelecta, præ- 11
ſtantior auro & gemmis pretioſis: et dul-
cia pluſquam mel, & favus: Et quidem 12
ſervus tuus cuſtodit ea: quandoquidem
in obſervatione eorum retributio eſt mul-
ta. Quis poteſt percipere delicta? Mun- 13
da me, O Domine mi Ab occultis meis, 14
quæ non ſunt à me: & propitiare ſervo
tuo. Quum enim minimè dominata fue-
rint mihi, tunc ero mundus: & munda-
bor à magnitudine peccati mei. Erunt o- 15
mnes ſermones oris mei ſecundùm volun-
tatem tuam: & meditatio cordis mei an-
te te omni tempore. Dominus eſt adjutor
meus, & ſalvator meus.

PSAL. XIX. Davidis. 1
Verſ. 20.

E*Xaudiat te Dominus in die tribulati-* 2
onis tuæ: adjuvet te nomen Dei Jacob.
Mittat tibi auxilium è ſanctuario, & ex 3
Sion te fulciat. Recordetur omnium ſa- 4
crificiorum tuorum, & holocauſtis tuis
oblectetur. Tribuat tibi Dominus ſecun- 5
dum cor tuum, & omnia optata tua per-
ficiat. Confitebimur tibi, O Domine, pro 6
ſalute tua: & in nomine Domini Dei no-
ſtri multiplicabimur. Compleat tibi Do-
minus omnem petitionem tuam. Nunc ſci- 7
vi quòd Dominus liberavit chriſtum ſu-
um, & ipſe exauditurus eſt eum de cœlo
ſanctitatis ſuæ, potentiâ ſalutis dexteræ
ſuæ. Hi in curribus, & hi in equis: & 8
nos in nomine Dei noſtri multiplicabimur.
Ipſi irretiti ſunt, & ceciderunt: & nos 9
ſurreximus, & erecti ſumus. O Domi- 10
ne, ſalva regem, & exaudi nos in die
quâ invocaverimus te.

PSAL. XX. Davidis. 1
Verſ. 27.

O*Domine, in virtute tua lætatur rex,* 2
& ſalute tuâ gaudet valdè.

תהלים : כב

non ejus labiorum prolationem & ; ei dedisti ejus cordis Desiderium
3 תַּאֲוַת לִבּוֹ נָתַתָּה לּוֹ וַאֲרֶשֶׁת שְׂפָתָיו בַּל־
appones ; bonitatis benedictionibus eum prævenies Quoniam .Selah , prohibuisti
4 מָנַעְתָּ סֶּלָה: כִּי־תְקַדְּמֶנּוּ בִּרְכוֹת טוֹב תָּשִׁית
longitudinem ei dedisti : te à petiit Vitam .obrizi diadema ejus capiti
5 לְרֹאשׁוֹ עֲטֶרֶת פָּז: חַיִּים שָׁאַל מִמְּךָ נָתַתָּה לּוֹ אֹרֶךְ
decorem & ,gloriam : tua salute in ejus gloria Magna .perpetuum & ,seculum dierum
6 יָמִים עוֹלָם וָעֶד: גָּדוֹל כְּבוֹדוֹ בִּישׁוּעָתֶךָ הוֹד וְהָדָר
eum lætificabis ;perpetuum in benedictiones eum pones Quoniam .eum super adæquabis
7 תְּשַׁוֶּה עָלָיו: כִּי־תְשִׁיתֵהוּ בְרָכוֹת לָעַד תְּחַדֵּהוּ
misericordia in & ; Domino in sperans rex Quoniam .tuis faciebus cum lætitia in
8 בְשִׂמְחָה אֶת־פָּנֶיךָ: כִּי־הַמֶּלֶךְ בֹּטֵחַ בַּיהוָה וּבְחֶסֶד
inveniet tua dextera : tuos inimicos omnes tua manus Inveniet .nutabit non altissimi
9 עֶלְיוֹן בַּל־יִמּוֹט: תִּמְצָא יָדְךָ לְכָל־אֹיְבֶיךָ יְמִינְךָ תִּמְצָא
Dominus :tuarum facierum tempore in ignis clibanum ut eos Pones .te odio habentes
10 שֹׂנְאֶיךָ: תְּשִׁיתֵמוֹ כְּתַנּוּר אֵשׁ לְעֵת פָּנֶיךָ יְהוָה
; perdes terra è eorum Fructum .ignis eos perdet & ; eos deglutiet suo naso in
11 בְּאַפּוֹ יְבַלְּעֵם וְתֹאכְלֵם אֵשׁ: פִּרְיָמוֹ מֵאֶרֶץ תְּאַבֵּד
: malum te super declinaverunt Quoniam .hominis filiis à eorum semen &
12 וְזַרְעָם מִבְּנֵי אָדָם: כִּי־נָטוּ עָלֶיךָ רָעָה
tuis funibus in;humerum eos pones Quoniam.poterunt non,cogitationem cogitaverunt
13 חָשְׁבוּ מְזִמָּה בַּל־יוּכָלוּ: כִּי תְּשִׁיתֵמוֹ שֶׁכֶם בְּמֵיתָרֶיךָ
, cantabimus : tua fortitudine in Domine te Exalta .eorum facies super præparabis
14 תְּכוֹנֵן עַל־פְּנֵיהֶם: רוּמָה יְהוָה בְעֻזֶּךָ נָשִׁירָה
.tuam fortitudinem psallemus &
וּנְזַמְּרָה גְּבוּרָתֶךָ:

PSAL. XXII. כב

quid ut,meus Deus,meus Deus .David canticum auroræ cervam super Victori
1 לַמְנַצֵּחַ עַל־אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר מִזְמוֹר לְדָוִד: אֵלִי אֵלִי לָמָה
2 clamabo meus Deus .mei rugitus verbis , mea salute à longinquus,? me dereliquisti
3 עֲזַבְתָּנִי רָחוֹק מִישׁוּעָתִי דִּבְרֵי שַׁאֲגָתִי: אֱלֹהַי אֶקְרָא
sanctus tu Et .mihi silentium non & , nocte & : respondebis non & , interdiu
4 יוֹמָם וְלֹא תַעֲנֶה וְלַיְלָה וְלֹא־דוּמִיָּה לִי: וְאַתָּה קָדוֹשׁ
.eos eruisti &,speraverũt:nostri patres speraverũt te In .Israel laudes inhabitans
5 יוֹשֵׁב תְּהִלּוֹת יִשְׂרָאֵל: בְּךָ בָּטְחוּ אֲבֹתֵינוּ בָּטְחוּ וַתְּפַלְּטֵמוֹ:
.affecti pudore fuerunt non & , speraverunt te in : evaserunt & ,clamaverunt te Ad
6 אֵלֶיךָ זָעֲקוּ וְנִמְלָטוּ בְּךָ בָטְחוּ וְלֹא־בוֹשׁוּ:
Omnes .populi contemptus &,hominum opprobrium : vir non & , vermis ego Et
7 8 וְאָנֹכִי תוֹלַעַת וְלֹא־אִישׁ חֶרְפַּת אָדָם וּבְזוּי עָם: כָּל־
ad Volve : caput movebunt , labio in emittent : me subsannabunt me videntes
9 רֹאַי יַלְעִגוּ לִי יַפְטִירוּ בְשָׂפָה יָנִיעוּ רֹאשׁ: גֹּל אֶל־
meus eductor tu Quoniam .eo in complacuit quoniã,eum eripiat:eum eruat,Dominũ
10 יְהוָה יְפַלְּטֵהוּ יַצִּילֵהוּ כִּי חָפֵץ בּוֹ: כִּי־אַתָּה גֹחִי
.meæ matris ubera super me faciens confidere ; utero ab
מִבֶּטֶן מַבְטִיחִי עַל־שְׁדֵי אִמִּי:

תרגום TARGUM.

3 רְגַגַת נַפְשֵׁיהּ יְהַבְתָּ לֵיהּ וּפֵירוּשׁ סִפְוָתֵיהּ
4 לָא כְלֵיתָא לְעָלְמִין: אֲרוּם תַּקְדְּמִנֵּיהּ בִּרְכָן
5 טָבָן תְּשַׁוֵּי עַל רֵישֵׁיהּ כְּלִיל דְּהַב סְנִינָא: חַיֵּי
עָלְמָא שְׁאַל מִנָּךְ יְהַבְתָּ לֵיהּ נִגְדָא דְיוֹמַיָּא
6 לְעָלְמֵי עָלְמִין: סַגֵּי יְקָרֵיהּ בְּפוּרְקָנָךְ תּוּשְׁבַּחְתָּא
7 וְשִׁבְהוֹרָא תְּשַׁוֵּי עֲלוֹי: מְטוּל דִּי תְשַׁוְּנֵיהּ
בִּרְכָן לְעָלְמִין תַּחְדְּנֵיהּ בְּחֶדְוְתָא דִּי מִן קֳדָמָךְ:
8 מְטוּל דְּמַלְכָּא מְשִׁיחָא סְבִיר בַּיָי וּבְחִסְדָּא
9 דְעִלָּאָה לָא יִזּוּעַ: תַּדְבֵּק מְחַת אִידָךְ לְכָל
בַּעֲלֵי דְבָבָךְ פּוּרְעָנוּת יְמִינָךְ תִּשְׁכַּח לְכָל סָנְאָךְ:
10 תְּשַׁוִּינוּן הֵיךְ אַתּוּן נוּרָא לְעִדָּנֵי רוּגְזָךְ יְיָ
בְּרוּגְזֵיהּ יְסַלְעֲמִנּוּן וְתֵיכְלִנּוּן בְּעוּר גֵּיהִנָּם:
11 בְּנֵיהוֹן מֵאַרְעָא תְּהוֹבֵד וְזַרְעִיתְהוֹן מִבְּנֵי נָשָׁא:
12 מְטוּל דְּחַשִׁילוּ עֲלָךְ בִּישְׁתָא חֲשִׁיבוּ מַחְשְׁבָן
13 בִּישָׁן וְלָא יְכִילוּנָךְ: מְטוּל דְּשַׁוִּיתְנוּן לְעַמָּךְ
כְּתַף חַד בְּאֵטוּנֵי מַשְׁכְּנָךְ תְּתַקֵּן אוֹרְחָתְהוֹן
14 קֳדָמֵיהוֹן: אִזְדְּקַף יְיָ בְּעוּשְׁנָךְ נְשַׁבְּחָא וּנְדוּץ
בִּגְבוּרְתָךְ:

כב

1 לְשַׁבָּחָא עַל תְּקוֹף קוּרְבָּן תְּדִירָא דְקַרְצְתָא
2 תּוּשְׁבַּחְתָּא לְדָוִד: אֵלִי אֵלִי מְטוּל מָה
שְׁבַקְתָּנִי רְחִיק מִן פּוּרְקָנִי מִלֵּי אַכְלְיוּתִי:
3 אֱלָהִי אֲנָא קָרֵי בִּימָמָא וְלָא תְקַבֵּל וּבְלֵילְיָא
4 לָא שְׁתִיקוּתָא לִי: וְאַנְתְּ קַדִּישׁ דִּמְיַתֵּב
5 עָלְמָא עַל תּוּשְׁבְּחָן יִשְׂרָאֵל: עֲלָךְ סַבַּרוּ
6 אֲבָהָתָנָא סַבַּרוּ בְּמֵימְרָךְ וְשֵׁיזֵבְתִּנּוּן: קֳדָמָךְ צַלּוּ
7 וְאִשְׁתֵּיזְבוּ וַעֲלָךְ אִתְרְחִיצוּ וְלָא בְהִיתוּ: וַאֲנָא
וְחִיל חַלָּשׁ וְלָא גְבַר סְבַל חִסּוּדֵי בְּנֵי נָשָׁא
8 וּמִתְרַמְרְמוּתָא דְעַמְמֵי: כָּל דְּחָמַן לִי יַרְהֲבוּן
עֲלַי מִתְגָרְדִין בְּסִפְוָתְהוֹן יְטַלְטְלוּן בְּרֵישֵׁיהוֹן:
9 שַׁבַּח קֳדָם יְיָ וְשֵׁיזְבֵיהּ פְּצָא יָתֵיהּ מְטוּל דְּאִתְרְעֵי
10 בֵיהּ: מְטוּל דְּאַתְּ אַפַּקְתַּנִי מִכְּרֵיסָא אַסְבַּרְתַּנִי
עַל תַּדְיֵי אִמִּי:

PARAPH. CHALD. Verſ. Lat.

Deſiderium animæ ejus tribuiſti ei, & prolationem 3
labiorum ejus non prohibuiſti
in æternum. Quoniam prævenies eum benedictionibus 4
bonis, pones ſuper caput
ejus coronam auri puri. Vitam æternam 5
petiit à te, dediſti ei longitudinem dierum
in ſecula ſeculorum. Multa eſt gloria ejus 6
in redemptione tua : laudem & decorem
pones ſuper eum. Quoniam pones eum 7
benedictiones per ſecula, lætitia perfundes
eum ab aſpectu tuo. Propterea quòd 8
rex *Chriſtus* confidit in *Domino*, & in miſericordia
altiſſimi, non commovebitur.
Invadet percuſſio manus tuæ cunctos hoſtes 9
tuos, ultio dexteræ tuæ inveniet
omnes odio te habentes. Pones eos ut 10
fornacem ignis in temporib⁹ iræ tuæ. Dñs
in furore ſuo diſperdet eos & conſumet eos
incendium gehennæ. Filios eorum de terra 11
perdes, & ſemen eorum à filiis hominum. 12
Quoniam machinati ſunt contra te
malum, cogitaverunt cogitationes pravas,
nec adverſum te potuerunt. Quoniam poſuiſti 13
eos populo tuo humerum unum : in
funibus tabernaculi tui ordinabis *vias eorum*
coram eis. Exaltare Domine in fortitudine 14
tua : laudabimus & *lætabimur* ſuper
virtute tua.

Ad laudandum ſuper potenti oblatione 1
perpetua auroræ, Hymnus Davidi.

PSAL.. XXII.

DEus mi, Deus mi, quare dereliquiſti 2
me? longè à redemptione mea verba clamoris
mei. Deus mi, ego clamo interdiu, 3
nec *ſuſcipis*; & noctu, nec eſt ſilentium
mihi. Tu verò ſanctus, qui 4
ſtabilis orbem propter laudes Iſrael. In 5
te confiſi ſunt patres noſtri: confiſi ſunt in
verbo tuo & liberâſti eos. Coram te preces 6
fuderunt & liberati ſunt, *&* in *te*
confiſi ſunt, & non ſunt confuſi. At ego 7
vermis debilis & non homo, portans vituperia
hominum, & deſpectio populorum. 8
Omnes qui vident me derident me,
proſcindunt labiis ſuis, movent capita
ſua. Laudes *dixit* apud Dominum, & eripuit 9
eum; eruit *eum*, quoniam complacuit
ſibi in *eo*. Quoniam tu extraxiſti me ab 10
utero, *fiduciam feciſti mihi* ſuper ubera
matris meæ.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 * ܪܓܬܐ ܕܠܒܗ ܝܗܒܬ ܠܗ. ܘܛܘܝܒܐ ܕܣܦܘܬܗ ܠܐ ܟܠܝܬ ܡܢܗ : * ܡܛܠ ܕܩܕܡܬܝܗܝ
4 5 ܒܒܘܪܟܬܐ ܛܒܬܐ. ܘܣܡܬ ܒܪܫܗ ܟܠܝܠܐ ܡܫܒܚܐ : * ܚܝܐ ܫܐܠܟ ܘܝܗܒܬ ܠܗ. ܐܘܪܟܐ
6 ܕܝܘܡܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ : * ܪܒ ܫܘܒܚܗ ܒܦܘܪܩܢܟ. ܐܝܩܪܐ ܘܗܕܪܐ ܣܡܬ
7 ܥܠܘܗܝ : * ܡܛܠ ܕܝܗܒܬܝܗܝ ܒܘܪܟܬܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. ܘܚܕܝܬܝܗܝ ܒܚܕܘܬܐ
8 ܕܦܪܨܘܦܟ : * ܡܛܠ ܕܡܠܟܐ ܡܣܒܪ ܒܡܪܝܐ. ܘܒܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܝܡܐ ܠܐ ܢܙܘܥ :
9 10 * ܬܫܟܚ ܐܝܕܟ ܠܟܠܗܘܢ ܒܥܠܕܒܒܝܟ. ܘܝܡܝܢܟ ܬܫܟܚ ܠܣܢܐܝܟ : * ܬܣܝܡ ܐܢܘܢ
ܐܝܟ ܬܢܘܪܐ ܕܢܘܪܐ ܠܥܕܢܐ ܕܪܘܓܙܟ. ܡܪܝܐ ܒܪܘܓܙܗ ܢܘܩܕ ܐܢܘܢ : ܘܬܐܟܘܠ ܐܢܘܢ ܢܘܪܐ.
11 12 * ܘܦܐܪܝܗܘܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܬܘܒܕ : ܘܙܪܥܗܘܢ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ. * ܡܛܠ ܕܐܨܠܝܘ ܥܠܝܟ
13 ܒܝܫܬܐ. ܘܐܬܪܥܝܘ ܬܪܥܝܬܐ ܘܠܐ ܐܬܟܫܪܘ ܚܝܠܐ. * ܬܣܝܡ ܐܢܘܢ ܒܒܗܬܬܐ : ܘܛܘܝܒܟ ܬܛܝܒ
14 ܠܘܩܒܠ ܦܪܨܘܦܗܘܢ. * ܐܬܪܝܡ ܡܪܝܐ ܒܥܘܫܢܟ : ܢܙܡܪ ܘܢܫܒܚ ܠܓܢܒܪܘܬܟ.

* ܡܙܡܘܪܐ ܕܟܐ *

1 * ܕܕܘܝܕ. ܟܕ ܡܒܙܚܝܢ ܒܗ ܪܕܘܦܘܗܝ. ܘܥܠ ܚܫܐ ܕܡܫܝܚܐ
ܘܩܪܝܢܐ ܕܥܡܡܐ. ܦܬܓܡ ܣܙ.

2 * ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ. ܘܐܪܚܩܬ ܡܢܝ ܦܘܪܩܢܝ ܒܡܠܐ ܕܣܟܠܘܬܝ :
3 4 * ܐܠܗܝ ܐܩܪܝܟ ܒܐܝܡܡܐ ܘܠܐ ܥܢܝܬܢܝ. ܘܒܠܠܝܐ ܘܠܐ ܐܨܬܬ ܠܝ : * ܘܐܢܬ ܩܕܝܫ ܘܝܬܒ
5 6 ܒܫܘܒܚܟ ܐܝܣܪܐܝܠ. * ܒܟ ܣܒܪܘ ܐܒܗܝ : ܣܒܪܘ ܒܟ ܘܦܨܝܬ ܐܢܘܢ. * ܠܘܬܟ ܩܥܘ
7 ܘܐܬܦܨܝܘ : ܒܟ ܣܒܪܘ ܘܠܐ ܒܗܬܘ. * ܐܢܐ ܕܝܢ ܬܘܠܥܐ ܐܢܐ ܘܠܐ ܒܪܢܫܐ : ܚܣܕܐ ܕܒܢܝܢܫܐ
8 ܘܫܘܝܛܐ ܕܥܡܐ. * ܟܠ ܕܚܙܐܘܢܝ ܡܒܙܚܝܢ ܒܝ : ܐܦܬܝܘ ܒܣܦܘܬܗܘܢ ܘܢܝܕܘ
9 10 ܪܫܝܗܘܢ. * ܐܬܬܟܠ ܥܠ ܡܪܝܐ ܢܦܨܝܘܗܝ : ܘܢܫܘܙܒܝܘܗܝ ܐܢ ܨܒܐ ܒܗ. * ܡܛܠ
ܕܐܢܬ ܗܘ ܬܘܟܠܢܝ ܡܢ ܡܪܒܥܐ : ܘܣܒܪܝ ܡܢ ܬܕܝ ܐܡܝ.

Deſiderium cordis ejus conceſſiſti ei, & præparationem 3
labiorum ejus non denegâſti illi.
Nam prævenisti eum benedictione optimâ, & 4
poſuiſti in capite ejus coronam glorioſam.
Vitam petiit à te, & tribuiſti ei longitudinem 5
dierum in ſeculum ſeculorum. Magnificata eſt 6
gloria ejus per ſalutem tuam: honorem ac nitorem
poſuiſti ſuper eum. Quoniam ſtatuiſti 7
eum benedictionem in ſeculum ſeculorum,
& exhilarâſti eum in gaudio vultûs tui. Quoniam 8
rex ſperat in Domino, & ex gratia Altiſſimi
non commovebitur. Inveniet manus tua 9
cunctos hoſtes tuos, & dextera tua inveniet
oſores tuos. Reddes eos quaſi clibanum ignis 10
ad tempus iræ: Dominus in ira ſua exuret eos,
& devorabit eos ignis. Fructúſq; ipſorum è 11
terra perdet, & ſemen eorum ex hominibus;
Quoniam converterunt in te malum, cogitaverunt 12
conſilium, & non polluerunt viribus.
Pones in eis turpitudinem, & præparationem 13
tuam diſpones contra facies eorum. Exaltare, 14
Domine, tuâ virtute : canemus, atque laudabimus
potentiam tuam.

PSAL. XXII.

Davidis, quum illuderetur à perſecutoribus 1
ſuis. Et de paſſione Chriſti : & vocatione
gentium. Verſ. 67.

DEus meus, Deus meus, quare dereliquiſti 2
me, & longè feciſti à me ſalutem meam
ob verba inſipientiarum mearum? Deus, invocabo 3
te per diem, & non exaudies me : &
per noctem, nec attendes me. Tu, Sancte, & 4
ſedens in gloria tua Iſraele, In te ſperaverunt 5
patres mei; ſperaverunt in te, & liberâſti
eos. Ad te clamaverunt, & liberati ſunt: 6
in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi. Ego 7
vermis ſum, & non homo : opprobrium hominum,
& abjectio plebis. Omnes qui vident 8
me, deriſerunt me; dimoverunt labia
ſua, & moverunt capita ſua : Confiſus eſt in 9
Domino, liberet eum; & dimittat eum ſi diligit
illum. Quoniam tu es fiducia mea à 10
vulva, & ſpes mea ab uberibus matris meæ.

Verſio VULG. LAT.

3 Deſiderium cordis ejus tribuiſti ei; & voluntate labiorum ejus non fraudâſti e-
4 um. Quoniam prævenisti eum in bene-
dictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite
5 ejus coronam de lapide pretioſo. Vitam
petiit à te: & tribuiſti ei longitudinem
dierum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.
6 Magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo:
gloriam et magnũ decorẽ impones ſuper
7 eum. Quoniam dabis eum in benedicti-
onem in ſeculũ ſeculi: lætificabis eum in
8 gaudio cum vultu tuo. Quoniam rex ſpe-
rat in Domino: & in miſericordia Altiſ-
9 ſimi non commovebitur. Inveniatur ma-
nus tua omnib' inimicis tuis: dextera tua
10 inveniat omnes, qui te oderunt. Pones e-
os ut clibanũ ignis in tempore vultûs tui:
Dñs in ira ſua conturbabit eos, & devo-
11 rabit eos ignis. Fructum eorum de terra
perdes: & ſemen eorum à filiis hominũ.
12 Quoniam declinaverunt in te mala; cogi-
taverunt conſilia, quæ non potuerunt
13 ſtabilire. Quoniam pones eos dorſum: in
reliquiis tuis præparabis vultum eorum.
14 Exaltare, Domine, in virtute tua: cantabimus & pſallemus virtutes tuas.

1 In finem pro ſuſceptione matutina,
Pſalmus David. XXI.

2 DEus Deus meus, reſpice in me: quarè
me dereliquiſti? longè à ſalute mea
3 verba delictorũ meorũ. Deus me', clama-
bo per diem, & non exaudies: & nocte,
4 & non ad inſipientiam mihi. Tu autem
5 in ſancto habitas, Laus Iſrael. In te ſpe-
raverunt patres noſtri: ſperaverunt, &
6 liberâſti eos. Ad te clamaverunt, & ſal-
vi facti ſunt: in te ſperaverunt, & non
7 ſunt confuſi; Ego autem ſum vermis, &
non homo: opprobrium hominũ, & ab-
8 jectio plebis. Omnes videntes me, deri-
ſerunt me: locuti ſunt labiis, & moverũt
9 caput; Speravit in Domino, eripiat e-
um: ſalvum faciat eum, quoniam vult
10 eum. Quoniam tu es, qui extraxiſti me
de ventre: ſpes mea ab uberibus matris
meæ.

Verſio GRÆC. LXX. Interp.

3 † Τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ,
† καὶ τὴν δέησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας αὐ-
4 τόν. ΔΙΑΨΑΛΜΑ. † Ὅτι προέφθασας αὐ-
τὸν ἐν εὐλογίαις χρηστότητος, † ἔθηκας ἐπὶ τὴν κε-
5 φαλὴν αὐτοῦ στέφανον ἐκ λίθου τιμίου. † Ζωὴν ᾐτήσα-
τό σε, καὶ ἔδωκας αὐτῷ † μακρότητα ἡμερῶν εἰς
6 αἰῶνα αἰῶνος. † Μεγάλη ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σω-
τηρίῳ σου, † δόξαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἐπιθήσεις
7 ἐπ' αὐτόν. † Ὅτι δώσεις αὐτῷ εὐλογίαν εἰς αἰῶνα
αἰῶνος, † εὐφρανεῖς αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώ-
8 που σου. † Ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐλπίζει ἐπὶ κύριον, † καὶ
9 ἐν τῷ ἐλέει τοῦ ὑψίστου οὐ μὴ σαλευθῇ. † Εὑρεθείη ἡ
χείρ σου πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς σου, † ἡ δεξιά σου εὕ-
10 ροι πάντας τοὺς μισοῦντάς σε. † Θήσεις αὐτοὺς ὡς
κλίβανον πυρὸς εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου, † (α)
κύριος ἐν ὀργῇ αὐτοῦ συνταράξει αὐτούς, καὶ κατα-
11 φάγεται αὐτοὺς πῦρ. † Τὸν καρπὸν αὐτῶν ἀπὸ
γῆς ἀπολεῖς, † καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν ἀπὸ υἱῶν ἀν-
12 θρώπων. Ὅτι ἔκλιναν εἰς σὲ κακά, † διελογί-
13 σαντο (β) βουλὴν ἣν οὐ μὴ δύνωνται στῆσαι. † Ὅτι
θήσεις αὐτοὺς νῶτον † ἐν τοῖς περιλοίποις σου,
14 ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν. † Ὑψώθητι κύριε
ἐν τῇ δυνάμει σου. † ᾄσομεν καὶ ψαλοῦμεν τὰς δυ-
ναστείας σου.

MS.A. (α) κύριε ἐν ὀργῇ σου συνταράξεις αὐτούς, (β) βουλὰς ἃς οὐ μὴ δύνωνται στῆναι.

1 Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς (*) ἑω-
θινῆς, ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. κα'.

2 † Ὁ Θεὸς ὁ θεός μου πρόσχες μοι, ἵνα τί ἐγκα-
τέλιπές με; † μακρὰν ἀπὸ τῆς σωτηρίας μου
3 οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. † Ὁ θεός μου
κεκράξομαι ἡμέρας πρὸς σὲ καὶ οὐκ εἰσακούσῃ, † καὶ
4 νυκτὸς καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. † Σὺ δὲ (α) ἐν ἁγίῳ
5 κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος τοῦ Ἰσραήλ. † Ἐπὶ σοὶ ἤλ-
πισαν οἱ πατέρες ἡμῶν, † ἤλπισαν καὶ (β) ἐρρύσω αὐ-
6 τούς. † Πρὸς σὲ ἐκέκραξαν καὶ ἐσώθησαν, † ἐπὶ
7 σοὶ ἤλπισαν καὶ οὐ κατῃσχύνθησαν. † Ἐγὼ δέ εἰμι
σκώληξ καὶ (γ) οὐκ ἄνθρωπος, † ὄνειδος (δ) ἀν-
8 θρώπων καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. † Πάντες οἱ θεωροῦν-
τές με ἐξεμυκτήρισάν με, † ἐλάλησαν ἐν χείλε-
9 σιν, ἐκίνησαν κεφαλήν, † Ἤλπισεν ἐπὶ κύριον,
ῥυσάσθω αὐτόν, † σωσάτω αὐτόν, ὅτι θέλει
10 αὐτόν. † Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός,
† ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου,

MS.A. (*) ἑωθινῆς. κα'. Ὁ θεὸς (α) ἐν ἁγίοις κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος Ἰσραήλ. (β) ἐρύσω (γ) οὐχὶ (δ) ἀνθρώπου

Ver. GRÆ. LXX. Interp. & Æthiop. Tranſl. LAT.

Deſiderium (a) animæ ejus de- 3
diſti ei: & (b) petitione labiorũ
ejus non fraudâſti eum. DIA-
PSALMA. 3 Quoniam præ- 4
veniſti eum in benedictionibus
dulcedinis: poſuiſti ſuper caput
ejus coronã de lapide pretioſo.
4 Vitã petiit à te, & dediſti ei 5
longitudinẽ dierum in (c) ſecu-
lum ſeculi. 5 Magna eſt gloria 6
ejus in ſalutari tuo: gloriã &
magnũ decorem impones ſuper
eum. 6 Quoniã dabis ei bene- 7
dictionem in ſeculũ (d) ſeculi:
lætificabis eum in gaudio cum
vultu tuo. 7 Quoniam rex ſpe- 8
rat [a] ſuper Dominũ, et in mi-
ſericordia Altiſſimi non com-
movebitur. 8 (e) [b] Invenia- 9
tur manus tua omnib' inimicis
tuis: dextera tua inveniat o-
mnes, qui te oderunt. 9 Pones 10
eos ut clibanũ ignis, in tempore
vultûs tui: Dominus in ira ſua
conturbabit eos, & devorabit
eos ignis. 10 Fructũ illorũ de 11
terra [c] perdes, & ſemen eorũ
à filiis hominum. 11 Quoniam 12
(f) [d] declinaverunt in te ma-
la: cogitaverunt (g) conſilium,
quod non poterunt ſtabilire.
12 Quoniam (h) pones eos [e] 13
dorſum in (i) reliquiis tuis, [f]
præparabis vultũ eorũ. 13 Ex- 14
altare, Domine, in virtute tua:
cantabimus, & pſallemus vir-
tutes tuas.

[g] MS. Æthiop. Pocock. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto: Eſt modò, ſemper erit, & in ſecula ſeculorũ, Amen.

In finem, pro ſuſceptione [†] 1
matutina, Pſalmus ipſi David.
XXI.

[a] 1 DEus De' me', reſpice in 2
(a) me: quarè me dereliquiſti?
longè à ſalute mea verba (b)
delictorum meorum. 2 Deus 3
meus, clamabo ad te per diem,
& non exaudies; & [b] nocte,
& non ad (c) inſipientiã mihi.
3 Tu autẽ in (d) [c] ſancto ha- 4
bitas, (e) Laus Iſrael. 4 In te ſperaverunt patres noſtri: ſperaverunt, & eruiſti eos. 5
5 Ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt: in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi. 6
6 Ego autem ſum vermis & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis. 7
7 Omnes qui conſpiciebant me, ſubſannaverũt me: locuti ſunt labiis, moverũt caput: 8
8 Speravit in Dominum, eruat eum: ſalvum faciat eum; quoniam vult eum. 9
9 Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre, [d] ſpes mea ab uberibus matris meæ: 10

Verſio ÆTHIOPICA.

ፍትወተ፡ ነፍሱ፡ ወሀብኮ፡፡ወሰእለተ፡ ከናፍ 2
ሪሁ፡ ኢከልአኮ፡፡= እስመ፡በጸሐኮ፡በበረ 3
ከት፡ሠናይ፡፡ወአንበርከ፡ አክሊለ፡ ደበ፡ ርእ
ሱ፡ ዘእምዕንቍ፡ክቡር፡፡= ሐይወ፡ሰአለ 4
ከ፡ወሀብኮ፡፡ለነዋሕ፡ መዋዕል፡ ለዓለም፡ዓለ
ም፡፡= ዐቢይ፡ክብሩ፡በአድኅኖትከ፡፡ክ 5
ብረ፡ወስብሐተ፡ወሰኮ፡፡= እስመ፡ወሀብኮ፡ 6
በረከተ፡ ለዓለም፡ ዓለም፡፡ወታስተፌሥሖ፡
በሐሤተ፡ ገጽከ፡፡= እስመ፡ ተወከለ፡ንጉ 7
ሥ፡ በእግዚአብሔር፡፡ወኢይትሀወክ፡ በም
ሕረቱ፡ለልዑል፡፡=ትርከቦሙ፡እዴከ፡ለኵ 8
ሎሙ፡ ፀርከ፡፡ወትረክቦሙ፡ እዴከ፡ለኵሎ
ሙ፡ ጸላእትከ፡፡= ወትረሲዮሙ፡ ከመ፡ 9
እቶነ፡እሳት፡ለጊዜ፡ገጽከ፡፡እግዚእ፡ በመዓ
ትከ፡ሁኮሙ፡ወትብልዖሙ፡እሳት፡፡= ወፍ 10
ሬሆሙ፡ ሰዐር፡ እምድር፡፡ወዘርኦሙ፡ እ
ምእጓለ፡እመሕያው፡፡= እስመ፡ሜጥዋ፡ 11
ለዐምፃ፡ ሳዕሌከ፡፡ወሐለዩ፡ ምክረ፡ እንተ፡
ኢይክሉ፡ዐቅሞ፡፡= ወታገብኦሙ፡ድኅሬ 12
ሆሙ፡፡ወታስተደሉ፡ ገጸከ፡ ለጊዜ፡ መዐት
ከ፡፡= ተለዐልከ፡እግዚእ፡በኀይልከ፡፡ንሴ 13
ብሕ፡ ወንዜምር፡ ለጽንዕከ፡፡=
ስብሐት፡ ለአብ፡ ወወልድ፡ ወመንፈስ፡ ቅዱ
ስ፡፡ይእዜኒ፡ ወዘልፈኒ፡ ወለዓለመ፡ ዓለም፡
አሜን፡፡= ፍጻሜ፡በእንተ፡ተወክፎ፡እን
ተ፡ስብሐት፡መዝሙር፡ዘዳዊት፡፡
ኳል[አምላኪየ፡ አምላኪየ፡ ነጽረኒ፡ወለም 1
ንት፡ ኀደገኒ፡፡ርሑቅ፡ እምአድኅኖትየ፡ ቃ
ለ፡ ኃጢአትየ፡፡= አምላኪየ፡ ጸራኅኩ፡ 2
ኀቤከ፡ዕለትየ፡ ወኢሰማዕከኒ፡፡ወሌሊትየኒ፡
ቅድሜከ፡ወኢኀለይከኒ፡፡= ወአንተሰ፡ው 3
ስተ፡ ቅዱሳኒከ፡ ተኀድር፡ ስቡሐ፡ እስራኤ
ል፡፡= ኪያከ፡ተወከሉ፡አበዊነ፡፡ተወከሉ 4
ከኒ፡ወአድኀንኮሙ፡፡= ኀቤከ፡ጸርኁ፡ወ 5
ድኅኑ፡፡ ኪያከ፡ ተወከሉ፡ ወኢይትኀፈ
ሩ፡፡= አንሰ፡ዕፄ፡ወአኮ፡ሰብእ፡፡ምኑን፡በ 6
ኀበ፡ሰብእ፡ውጉዙት፡በውስተ፡ሕዝብ፡፡=
ኵሎሙ፡እለ፡ ይሬእዩኒ፡ ይትቃጸቡኒ፡፡ይብ 7
ሉ፡በከናፍሪሆሙ፡ወየሐውሱ፡ርእሶሙ፡፡=
ተወከለ ፡ በእግዚአብሔር ፡ ለያድኅኖ ፡ ወ 8
ያድኅኖ፡አመ፡ይፈቅዶ፡፡= እስመ፡ አንተ፡ 9
አውፃእከኒ፡ እምከርሥ፡፡ ወተወከልኩከ፡
እንዘ፡ሀለውኩ፡ውስተ፡አጥባተ፡እምየ፡፡=

INTERP. ÆTHIOP. [a] in Domino, [b] Comprehendat manus tua omnes inimicos tuos: & manus tua inveniat [c] abſtulit, [d] iniquitatem in te conjecerunt: [e] retrorſum [f] & præparabis vultum tuum in tempus iræ tuæ. [g] Doxologia hæc habetur poſt decimum quemque Pſalmum in MS. Æthiop. D. Pocockii, quæ per inadvertentiam poſt decimum Pſalmum omiſſa fuit. PSAL. XXI. [†] laudis, [a] Deus meus, Deus [b] nocte etiam coram te adſto, & non attendis mihi. [c] ſancto tuo [d] & in te ſperavi, dum fui ſuper ubera.

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

3 * لانك اعطيته سهوة قلبه * ولم تحرمه سوال شفتيه * ابتدأته ببركات صالحة * وضعت على راسه
4
5 اكليلا من جوهر * سالك حياه فاعطيته طول الايام * الى ابد الابد * مجده عظيم بخلاصك
6 المجد وعظيم البهاء جعلت عليه * لانك تعطيه بركة الى ابد الابد * ابهجته بفرح وجهك *
7
8 * لان الملك توكل على الرب * وبرحمة العلي لا يزول * تظفر يدك بجميع اعدائك * ويمينك
9
10 بجميع مبغضيك * تجعلهم مثل نار التنور لوقت السخط * الرب بسخطه يحرقهم * والنار
11 تاكلهم * وتبيد من الارض ثمارهم * وذريتهم من بني البشر * لانهم اما لوا عليك الشرور
12
13 وفكروا في امور لم يستطيعوا اقامتها * تركتهم يولون على ادبارهم * جعلت ذلا على وجوههم *
14 * ارتفع يا رب بقوتك * نسبح ونرتل بجبروتك * الليلويا * المزمور الحادي والعشرون *
1 * قاله وقت نصرته على اعدائه * ونبوة عن الصليب * وهو سد استيخن *
2 * الاهي الاهي انظر الي * لماذا يا الهي تركتني * تباعدت عن خلاصي لقول جهلي *
3 الهي اصرخ اليك النهار كله فلم تستجب لي * وفي الليل لم تصغ لي * وانت تحل في
4
5 القديسين * يا فخر اسراييل * بك امن اباونا * توكلوا عليك فنجيتهم * صرخوا اليك فخلصوا *
6
7 رجوك فلم يخزوا * واني انا دودة ولست انسانا * عارا في الناس مرذولا في الشعوب * كل من راني
8
9 مقتني * تكلموا بشفاههم * وحركوا رووسهم * وقالوا * ان كان امن او توكل على الرب
10 فليخلصه * ولينجه ان كان يريده * وانت من البطن اخرجتني * ورجاي منذ كنت
ارضع من ثدي امي *

Quia tu dediſti eum deſiderium cordis 3
ſui, & non privâſti eum petitione labiorũ
ſuorum. Præveniſti eum benedictionibus 4
optimis: poſuiſti ſuper caput ejus coronam
gemmeam. Petiit à te vitam, & dediſti ei 5
longitudinem dierum in ſeculum ſeculi.
Gloria ejus magna eſt in ſalute tua: glo- 6
riam et magnitudinem ſplendoris poſuiſti
ſuper eum. Quia concedes ei benedictio- 7
nem in ſeculum ſeculi: exhilarâſti eum
gaudio vultûs tui. Quoniam rex con- 8
fiſus eſt in Domino, & per miſericordiam
Altiſſimi non movebitur. Fauſta ſit ma- 9
nus tua in cunctos inimicos tuos: et dex-
tera tua in omnes oſores tuos. Efficies e- 10
os veluti ignem clibani ad tempus indi-
gnationis: Dominus indignatione ſuâ
comburet eos, & ignis comedet eos. Et 11
perdet de terra fructus eorum, & proge-
niem eorum à filiis hominum. Quia ipſi 12
inflexerunt in te mala, & excogitârunt
res quas non potuerunt ſuſtinere. Reli- 13
quiſti eos retroverti ſuper dorſa ſua: po-
ſuiſti contemptum ſuper vultus eorum.
Exaltare, O Domine, in fortitudine tua. 14
Laudabimus & pſallemus potentiæ tuæ.
Alleluja.

PSAL. XXI.

Dictus ab eo, quando ſuperavit 1
inimicos ſuos. Et prophetia de
Crucifixione. Verſ. 64.

DEus meus, Deus meus, reſpice in me; 2
quarè, O Deus meus, dereliquiſti me?
elongatus es à ſalute mea ob ſermonem
ſtultitiæ meæ? Deus meus, clamo ad te 3
die totâ, et non exaudîſti me: & in nocte
non auſcultâſti me. Et tamen tu habitas 4
in ſanctis, O gloria Iſraelis. In te credide- 5
runt patres noſtri, confiſi ſunt in te, &
liberâſti eos: Clamaverunt ad te, et ſalvi 6
facti ſunt: ſperaverunt in te, et non ſunt
confuſi. Et verò ego ſum vermis, & non 7
homo, opprobrium inter homines, contem-
ptus inter populum. Omnis, qui vidit me, 8
odio habuit me; locuti ſunt labiis ſuis, &
moverunt capita ſua; et dixerunt; Si cre- 9
didit, aut confiſus eſt in Domino, liberet
eum et ſalvet eum, ſi diligit eum. Et tu de 10
ventre eduxiſti me, & ſpes mea es à quo
lac ſugebam ex uberibus matris meæ.

תהלים ׃ כב

Ne .tu meus Deus meæ matris ventre de ; vulva ex ſum projectus te Super
11 12 עָלֶיךָ הָשְׁלַכְתִּי מֵרָחֶם מִבֶּטֶן אִמִּי אֵלִי אָתָּה׃ אַל־
me Circũdederũt.auxiliator non quia:propinqua anguſtia quoniam , me à te elonges
13 תִּרְחַק מִמֶּנִּי כִּי־צָרָה קְרוֹבָה כִּי־אֵין עוֹזֵר׃ סְבָבוּנִי
me ſuper *Patefecerunt* .me circundederunt *corona* Baſan *robuſti* : multi vituli
14 פָּרִים רַבִּים אַבִּירֵי בָשָׁן כִּתְּרוּנִי׃ פָּצוּ עָלַי
omnia ſe ſeparaverunt & ;ſum effuſus aqua Sicut .rugiens &,rapiens leo : ſuum os
15 פִּיהֶם אַרְיֵה טֹרֵף וְשֹׁאֵג׃ כַּמַּיִם נִשְׁפַּכְתִּי וְהִתְפָּרְדוּ כָּל־
Aruit .meorum viſcerum medio in ſe liquefecit : cera ſicut meum cor fuit : mea oſſa
16 עַצְמוֹתָי הָיָה לִבִּי כַּדּוֹנָג נָמֵס בְּתוֹךְ מֵעָי׃ יָבֵשׁ
pulverem in & ; meis faucibus *adhærens* mea lingua & , mea fortitudo teſta tanquam
כַּחֶרֶשׂ כֹּחִי וּלְשׁוֹנִי מֻדְבָּק מַלְקוֹחָי וְלַעֲפַר־
malignantium *cœtus* , canes me circundederunt Quoniam .me pones mortis
17 מָוֶת תִּשְׁפְּתֵנִי׃ כִּי סְבָבוּנִי כְּלָבִים עֲדַת מְרֵעִים
: mea oſſa omnia Numerabo *.meos pedes &* , *meas manus leo quaſi* : me circundederunt
18 הִקִּיפוּנִי כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי׃ אֲסַפֵּר כָּל־עַצְמוֹתָי
ſuper & , ſibiipſis mea veſtimenta Divident .me in inſpicient ,aſpicient ipſi
19 הֵמָּה יַבִּיטוּ יִרְאוּ־בִי׃ יְחַלְּקוּ בְגָדַי לָהֶם וְעַל־
, mea fortitudo : te elonges ne Domine tu Et .ſortem projicient meam veſtem
20 לְבוּשִׁי יַפִּילוּ גוֹרָל׃ וְאַתָּה יְהוָה אַל־תִּרְחָק אֱיָלוּתִי
canis manu è ; meam animam gladio à Erue .feſtina meum auxilium ad
21 לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה׃ הַצִּילָה מֵחֶרֶב נַפְשִׁי מִיַּד־כֶּלֶב
.mihi reſpondiſti unicornium cornibus à & ; leonis ore ab me Serva .meam unicam
22 יְחִידָתִי׃ הוֹשִׁיעֵנִי מִפִּי אַרְיֵה וּמִקַּרְנֵי רֵמִים עֲנִיתָנִי׃
Timentes .te laudabo *concionis* medio in ; meis fratribus tuum nomen Narrabo
23 אֲסַפְּרָה שִׁמְךָ לְאֶחָי בְּתוֹךְ קָהָל אֲהַלְלֶךָּ׃ יִרְאֵי
24 eo ab timete &:eum glorificate Jahacob ſemen univerſum , eum laudate Dominum
יְהוָה הַלְלוּהוּ כָּל־זֶרַע יַעֲקֹב כַּבְּדוּהוּ וְגוּרוּ מִמֶּנּוּ
,afflicti manſuetudinem eſt abominatus nec , ſprevit non Quia .Iſrael ſemen omne
25 כָּל־זֶרַע יִשְׂרָאֵל׃ כִּי לֹא־בָזָה וְלֹא שִׁקַּץ עֱנוּת עָנִי
te A .audivit , eum ad *ipſum clamando in &* ; *illo ab ſuas facies* abſcondit neque
26 וְלֹא־הִסְתִּיר פָּנָיו מִמֶּנּוּ וּבְשַׁוְּעוֹ אֵלָיו שָׁמֵעַ׃ מֵאִתְּךָ
Edent *.eum* timentibus coram reddam mea vota : multa *concione* in mea laus
27 תְּהִלָּתִי בְּקָהָל רָב נְדָרַי אֲשַׁלֵּם נֶגֶד יְרֵאָיו׃ יֹאכְלוּ
veſtrum cor vivet : eum quærentes Dominum laudabunt ; ſaturabuntur &,pauperes
עֲנָוִים וְיִשְׂבָּעוּ יְהַלְלוּ יְהוָה דֹּרְשָׁיו יְחִי לְבַבְכֶם
: terræ fines omnes Dominum ad convertentur &,Reminiſcentur .ſeculum in
28 לָעַד׃ יִזְכְּרוּ וְיָשֻׁבוּ אֶל־יְהוָה כָּל־אַפְסֵי־אָרֶץ
Domini Quoniam .gentium familiæ univerſæ *tuas facies ad* ſe inclinabunt &
29 וְיִשְׁתַּחֲווּ לְפָנֶיךָ כָּל־מִשְׁפְּחוֹת גּוֹיִם׃ כִּי לַיהוָה
pingues omnes *ſe incurvaverunt* & , Comederunt *.gentes in dominans &* ; regnum
30 הַמְּלוּכָה וּמֹשֵׁל בַּגּוֹיִם׃ אָכְלוּ וַיִּשְׁתַּחֲווּ כָּל־דִּשְׁנֵי־
non ſuam animam &;pulverem deſcendentes omnes ſe incurvabunt *ejus facies ad* :terræ
אֶרֶץ לְפָנָיו יִכְרְעוּ כָּל־יוֹרְדֵי עָפָר וְנַפְשׁוֹ לֹא
nunciabũt &,Venient.generationem in Domino narrabitur:ei ſerviet Semen .vivificabit
31 32 חִיָּה׃ זֶרַע יַעַבְדֶנּוּ יְסֻפַּר לַאדֹנָי לַדּוֹר׃ יָבֹאוּ וְיַגִּידוּ
.fecit quia ,genito populo ; ejus juſtitiam
צִדְקָתוֹ לְעַם נוֹלָד כִּי עָשָׂה׃

תרגום TARGUM.

11 בסעדך אטלקית ממעינא מכרסת אמי אלי את׃
12 לא תתרחיק מני מטול דעקתא קריבא ארום
13 לית פריק׃ אחזרו עלי עממיא דמתילין לתורין
14 סגיאין רברבני מתנן אקפוני׃ פתחו עלי פומהון
15 היך כאריא מכלי ותביר׃ היך כמיא אשתדת
ואתפרפרן כולהון גרמי הוה לבי מתמסי היך
16 שעוא בנו מעי׃ יבש היך פחר חילי ולישני
אדביק למוריני ולבית קבורתא אמטיתני׃
17 מטול דאחזרו עלי רשיעי דמתילין לכלביא
סגיעין כנישת מבאישין אקפוני נכתין היך
18 כאריא אידי ורגלי׃ אחוי כל הלבשושי גרמי
19 אנון מסתכלין מבזן לי׃ מפלגין לבושי להון
20 ועלוי פתגי ירמון עדבין׃ ואנת יי לא תתרחיק
21 תוקפי לסיועי אוחי׃ פצי מקטלין בחרבא נפשי
22 מן אידא דכלבא רוחא דגושמי׃ פרוקני מפום
אריא ומסלכין דתקיפין ורמין כרימנא קבלתא
23 צלותי׃ אחוי גבורת שמך לאחי במצע כנשתא
24 אשבחנך׃ דחליא דיי שבחו קדמוי כל זרעא
דיעקב הבו ליה יקר ואזדעזעו מניה כל זרעא
25 דישראל׃ מטול דלא בסר ולא שאט צלותהון
דעניי ולא סליק שכנתיה מביניהון ובצלאיהון
26 קדמוהי מקבל׃ מנך תושבחתי בכנישת סגיעת
27 עמא נדרי אשלם קביל דחלוי׃ ייכלון ענותני
וישבעון ישבחון קדם יי דתבעין ליה ישרי רוח
28 נבואה ברעיוני לבכון לעלמין׃ ידכרון נסוי
ויתובון קדם יי כל סיפי ארעא ויסגדון קדמך
29 כל גניסת עממיא׃ מטול דמן קדם יי מלכותא
30 ושליט בעממיא׃ סעודו וסגידו כל דהיני
ארעא קדמוי יגחנון כל נחתין בית קבורתא
31 ונפש רשיעא לא יחיי׃ זרעיה דאברהם
יפלחון קדמוי ויחוון כח גבורתא דיי לדרא
32 בתראה׃ יתובון בניהון ויתנון צדקתיה לעמיה
דעתיד למלד פרישן דעבד׃

PARAPH. CHALD. Verſ. Lat.

11 *Ope tua* project⁹ ſum *è viſcerib⁹*; à *ventre* matris meæ Deus meus es tu. 12 Ne elongeris à me, quoniã anguſtia prope eſt, quoniam non eſt qui *liberet*. 13 Circundederunt me populi ſimiles tauris multis: 14 principes Baſſan vallaverunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rugiens & rapiens. 15 Veluti aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea: fuit cor meũ liquefactũ ſicut cera in medio viſcerum meorum. 16 Aruit veluti teſta *virtus mea*, & lingua mea adhæſit palato meo; & in domum ſepulchri concluſiſti me. 17 Quoniam vallaverunt me *impii*, qui ſimiles ſunt canibus plurimis: congregatio malignorum circundedit me, mordentes *ſicut leo* manus meas & pedes meos. 18 Dinumerabo omnes cicatrices membrorũ meorũ: ipſi aſpiciunt & contemnunt me. 19 Dividunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meã mittent *ſortes*. 20 Et tu Dñe ne elongeris, fortitudo *mea*, ad auxilium meum feſtina. 21 Libera ab his qui occidunt gladio, animã meam; de manu *canis*, ſpiritum corporis mei. 22 Serva me ab ore leonis, & à regib⁹ potentib⁹ & *elatis unicornis* inſtar, accepiſti orationẽ meã. 23 Narrabo virtutem nominis tui fratrib⁹ meis, in medio eccleſiæ laudabo te. 24 Qui timetis Dñm laudate coram eo: omne ſemen Jaacob afferte honorem ei; contremiſcite ab illo omne ſemen Iſrael. 25 Quoniã non deſpexit neq; contempſit orationẽ *pauperũ*, & non amovit majeſtatem ſuã *ab-inter eos*: & dum *precantur* coram eo, acceptat. 26 A te laus mea in congregatione *referta populo*: vota mea reddã in conſpectu timentiũ eum. 27 Edent mites & ſaturabuntur: laudabunt Dñm qui quærunt eum; requieſcet ſpirit⁹ prophetiæ in cogitationib⁹ cordis eorum in æternum. 28 Recordabuntur miraculorũ ejus, & convertentur coram Dño omnia extrema terræ: & adorabunt coram te omnes familiæ populorũ. 29 Quia *à Domino* eſt regnum & 30 poteſtatem habet in populis. Comedite & adorate omnes pingues terræ: coram eo curvabuntur omnes qui deſcendunt in domum ſepulchri: & animam impii nõn vivificabit. 31 Semen Abraham ſerviet coram eo: *&* annunciabit virtutem fortitudinis Dei generationi venturæ. 32 *Convertentur* filii eorum, & annunciabunt juſtitiam ejus populo *ejus* in futurum naſcituro, miracula quæ edidit.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 12 * ܥܠܝܟ ܐܫܬܕܝܬ ܡܢ ܡܪܒܥܐ܆ ܘܡܢ ܟܪܣܗ ܕܐܡܝ ܐܠܗܝ ܐܢܬ * ܠܐ ܬܪܚܩ ܡܢܝ. ܡܛܠ
13 14 ܕܐܘܠܨܢܐ ܩܪܒ ܘܠܝܬ ܕܡܥܕܪ: * ܐܚܕܘܢܝ ܬܘܪܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܥܓܠܐ ܕܒܝܫܢ ܚܒܫܘܢܝ: * ܦܬܚܘ
15 ܥܠܝ ܦܘܡܗܘܢ. ܐܝܟ ܐܪܝܐ ܕܛܪܦ ܘܢܗܡ: * ܘܐܝܟ ܡܝܐ ܐܬܐܫܕܬ. ܘܐܬܒܕܪܘ ܟܠܗܘܢ
16 ܓܪܡܝ: ܘܗܘܐ ܠܒܝ ܐܝܟ ܫܥܘܐ. ܘܐܬܡܣܝ ܓܘ ܡܥܝ: * ܘܝܒܫ ܐܝܟ ܚܨܦܐ ܕܦܚܪܐ
17 ܚܝܠܝ. ܘܠܫܢܝ ܕܒܩ ܒܫܡܝܐ ܕܚܟܝ: ܘܠܥܦܪܐ ܕܡܘܬܐ ܫܕܝܬܢܝ * ܡܛܠ ܕܐܚܕܪܘܢܝ
18 ܟܠܒܐ: ܘܟܢܘܫܬܐ ܕܒܝܫܐ ܚܕܪܘܢܝ. ܚܦܪܘ ܐܝܕܝ ܘܪܓܠܝ: * ܘܐܠܠܘ ܟܠܗܘܢ ܓܪܡܝ.
19 ܗܢܘܢ ܚܪܘ ܘܚܙܘ ܒܝ: * ܘܦܠܓܘ ܢܚܬܝ ܒܝܢܬܗܘܢ. ܘܥܠ ܠܒܘܫܝ ܐܪܡܝܘ ܦܣܐ:
20 21 * ܘܐܢܬ ܡܪܝܐ ܠܐ ܬܪܚܩ ܡܢܝ. ܦܣܘܩܐ. ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ ܠܥܘܕܪܢܝ ܚܘܪ: * ܘܦܨܝܗ ܡܢ
22 ܣܝܦܐ ܠܢܦܫܝ. ܘܡܢ ܐܝܕܐ ܕܟܠܒܐ ܝܚܝܕܝܘܬܝ: * ܦܪܘܩܝܢܝ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܐܪܝܐ. ܘܡܢ
23 24 ܩܪܢܐ ܪܡܬܐ ܡܘܟܟܝ: * ܕܐܫܬܥܐ ܫܡܟ ܠܐܚܝ. ܘܒܓܘ ܟܢܘܫܬܐ ܐܫܒܚܟ: * ܕܕܚܠܝܢ
ܠܡܪܝܐ ܫܒܚܘܗܝ. ܘܟܠܗ ܙܪܥܗ ܕܝܥܩܘܒ ܐܝܩܪܘܗܝ: ܘܕܚܠܘ ܡܢܗ ܟܠܗ ܙܪܥܗ
25 ܕܐܝܣܪܝܠ. * ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܛ ܘܠܐ ܐܡܣܝ ܠܩܠܗ ܕܡܣܟܢܐ: ܘܠܐ ܐܗܦܟ ܐܦܘܗܝ ܡܢܗ.
26 ܘܟܕ ܩܥܐ ܠܘܬܗ ܫܡܥܗ: * ܡܢ ܩܕܡܝܟ ܗܝ ܬܫܒܘܚܬܝ ܒܥܕܬܐ ܪܒܬܐ. ܢܕܪܝ ܐܫܠܡ
27 ܩܕܡ ܕܕܚܠܝܢ ܠܗ: * ܢܐܟܠܘܢ ܡܣܟܢܐ ܘܢܣܒܥܘܢ. ܘܢܫܒܚܘܢ ܠܡܪܝܐ ܐܝܠܝܢ ܕܒܥܝܢ
28 ܠܗ: ܢܚܐ ܠܒܗܘܢ ܠܥܠܡܝܢ. * ܢܬܕܟܪܘܢ ܘܢܬܦܢܘܢ ܠܘܬ ܡܪܝܐ ܟܠܗܘܢ ܥܒܪܝܗ
29 ܕܐܪܥܐ: ܘܢܣܓܕܘܢ ܩܕܡܘܗܝ ܟܠܗܝܢ ܫܪܒܬܐ ܕܥܡܡܐ. * ܡܛܠ ܕܕܡܪܝܐ ܗܝ ܡܠܟܘܬܐ:
30 ܘܗܘ ܫܠܝܛ ܒܥܡܡܐ. * ܢܐܟܠܘܢ ܘܢܣܓܕܘܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܟܠܗܘܢ ܟܦܢܘܗܝ ܕܐܪܥܐ:
31 ܘܩܕܡܘܗܝ ܢܒܪܟܘܢ ܟܠ ܢܚܬܝ ܥܦܪܐ. ܢܦܫܝ ܠܗ ܗܝ ܚܝܐ: * ܙܪܥܐ ܕܢܦܠܚܝܘܗܝ
32 ܢܫܬܥܐ ܕܪܐ ܠܡܪܝܐ. * ܢܐܬܘܢ ܘܢܚܘܘܢ ܙܕܝܩܘܬܗ: ܠܥܡܐ ܕܡܬܝܠܕ ܕܥܒܕ ܡܪܝܐ.

11 In te conjectus ſum à ventre, & ab utero matris meæ Deus meus es. 12 Ne abſceſſeris à me: quoniam tribulatio appropinquavit, nec eſt qui adjuvet. 13 Circundederunt me tauri multi, & juvenci Baiſan obſederunt me. 14 Aperuerunt contra me os ſuum, ſicut leo rugiens & rapiens. 15 Et ſicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea, & factum eſt cor meum tanquam cera, & emarcuerunt intra me viſcera mea. 16 Et aruit ut teſta figuli virtus mea, & lingua mea adhæſit cœlo palati mei, ſuper pulverem mortis projeciſti me. 17 Quoniam circundederunt me canes, & cœtus malorum cinxerunt me. Foderunt manus meas & pedes meos. 18 Et ululaverunt omnia oſſa mea. 19 Ipſi conſideraverunt & inſpexerunt me. Et diviſerunt veſtimenta mea inter ſe, & ſuper veſtem meam projecerunt ſortes. 20 At tu, Dñe, ne ſis procul à me, *Sectio* Deus me⁹; Deus me⁹, ad auxilium meũ attende. 21 Et ſerva à gladio animã meã, & de manu canum unitatem meã. 22 Libera me de ore leonis, & à cornu excelſo humilitatẽ meã: 23 Ut annuntiem nomen tuũ fratribus meis, & in medio congregationis te laudem. 24 Timentes Dñm, laudate eum: & omne ſemen Jacob honorate eum, & timete eum omne ſemen Iſraelis. 25 Quoniam non ſprevit neq; deſpexit clamorem pauperis, nec avertit faciem ſuam ab eo: quum clamavit ad eum, audivit illum. 26 E conſpectu tuo eſt laus mea in Eccleſia magna: vota mea perſolvam corã timentib⁹ eum. 27 Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dñm qui requirunt eum, vivet cor eorum in ſecula. 28 Reminiſcentur, & convertentur ad Dñm univerſi fines terræ, & corã eo proſternent ſe omnes familiæ gentium. 29 Quoniam Dñi eſt regnum, & ipſe dominatur gentibus. 30 Comedent & proſternent ſe corã Dño omnes famelici terræ, & coram eo genua flectent omnes deſcendentes in pulverem. 31 Anima mea ipſi vivit. Seminis quod illi ſerviet, generatio annuntiabit Dominum: 32 Venient atque indicabunt juſtitiam ejus populo qui naſcetur, quem faciet Dominus.

Verſio VULG. LAT.

11 In te projectus ſum ex utero: de ventre
12 matris meæ Deus meus es tu. Ne diſceſ-
ſeris à me: Quoniam tribulatio proxima
13 eſt: quoniã non eſt qui adjuvet. Circum-
dederunt me vituli multi: tauri pingues
14 obſederunt me: Aperuerunt ſuper me os
15 ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens. Sicut
aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia
oſſa mea. Factũ eſt cor meũ tanquã cera
16 liqueſcens in medio ventris mei. Aruit
tanquam teſta virtus mea, & lingua mea
adhæſit faucib' meis: & in pulverẽ mor-
17 tis deduxiſti me. Quoniã circumdederũt
me canes multi: conſilium malignantium
obſedit me. Foderunt man' meas & pe-
18 des meos: Dinumeraverunt omnia oſſa
mea. Ipſi verò conſideraverunt & inſpe-
19 xerunt me: Diviſerunt ſibi veſtimenta
mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſor-
20 tem. Tu autem, Domine, ne elongaveris
auxiliũ tuum à me: ad defenſionẽ meam
21 conſpice. Erue à framea, Deus, animam
meam: & de manu canis unicam meam.
22 Salva me ex ore leonis: & à cornib' u-
23 nicornium humilitatem meam. Narrabo
nomen tuum fratribus meis: in medio
24 eccleſiæ laudabo te. Qui timetis Do-
minum, laudate eum: univerſum ſemen
25 Jacob glorificate eum: Timeat eũ omne
ſemen Iſrael: quoniam non ſprevit, ne-
que deſpexit deprecationem pauperis:
Nec avertit faciem ſuam à me: & cùm
26 clamarem ad eum exaudivit me. Apud
te laus mea in eccleſia magna: vota mea
reddam in conſpectu timentium eum.
27 Edent pauperes, & ſaturabuntur: & lau-
dabunt Dominum qui requirunt eum: vi-
28 vent corda eorum in ſeculum ſeculi. Re-
miniſcentur et convertentur ad Dominũ
univerſi fines terræ: Et adorabunt in con-
ſpectu ejus univerſæ familiæ gentium.
29 Quoniam Domini eſt regnum: & ipſe
30 dominabitur gentium. Manducaverunt
& adoraverunt omnes pingues terræ: in
conſpectu ejus cadent omnes qui deſcen-
31 dunt in terram. Et anima mea illi vivet:
32 & ſemen meum ſerviet ipſi. Annuntia-
bitur Domino generatio ventura: & an-
nuntiabunt cœli juſtitiam ejus populo
qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Verſio GRÆC. LXX. Interp.

11 † Ἐπὶ σὲ (ε) ἀπεῤῥίφην ἐκ μήτρας. † ἐκ κοιλίας
12 μητρός μου Θεός μου εἶ σύ, † Μὴ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ·
13 ὅτι θλῖψις ἐγγύς, † ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν. † Πε-
ριεκύκλωσάν με μόσχοι πολλοί, † ταῦροι πίονες πε-
14 ριέσχον με. † Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ τὸ στόμα αὐτῶν, † ὡς
15 λέων ὁ ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος. † Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξ-
εχύθην, καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου, † ἐγενή-
θη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος ἐν μέσῳ τῆς
16 κοιλίας μου. † Ἐξηράνθη (ζ) ὡσεὶ ὄστρακον ἡ ἰσχύς
μου, † καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου,
17 † καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με. † Ὅτι ἐκύ-
κλωσάν με κύνες πολλοί, † συναγωγὴ πονηρευομέ-
νων περιέσχον με. † ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ (η) πόδας.
18 † Ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου· † αὐτοὶ δὲ κατε-
19 νόησαν καὶ ἐπεῖδόν με. † Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου
ἑαυτοῖς, † καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.
20 † Σὺ δὲ κύριε μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν μου, † εἰς τὴν
21 ἀντίληψίν μου πρόσχες. † Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν
ψυχήν μου, † καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς (θ) τὴν μονογενῆ μου.
22 † Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, † καὶ ἀπὸ κερά-
23 των μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. † Διηγήσο-
μαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, † ἐν μέσῳ
24 ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. † Οἱ φοβούμενοι κύριον αἰνέ-
σατε αὐτόν, † ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ δοξάσατε
25 αὐτόν, † φοβηθήτωσαν αὐτὸν ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσ-
ραήλ. † ὅτι οὐκ ἐξουδένωσεν οὐδὲ προσώχθισε τῇ
δεήσει τοῦ πτωχοῦ, † οὐδὲ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον
αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ· † καὶ ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐ-
26 τὸν (ι) εἰσήκουσέ μου. † Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου
ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, † τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω
27 ἐνώπιον (κ) τῶν φοβουμένων αὐτόν. † Φάγονται πέ-
νητες καὶ ἐμπλησθήσονται, † καὶ αἰνέσουσι κύριον οἱ
ἐκζητοῦντες αὐτόν, † ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν
28 εἰς αἰῶνα αἰῶνος. † Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφή-
σονται πρὸς κύριον πάντα (λ) τὰ πέρατα τῆς γῆς,
† καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ
29 τῶν ἐθνῶν. † Ὅτι τοῦ κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς
30 δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. † Ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν πάν-
τες οἱ πίονες τῆς γῆς· † ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται
31 πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν γῆν. † Καὶ ἡ ψυχή
μου αὐτῷ ζῇ, † καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει
32 αὐτῷ. † Ἀναγγελήσεται τῷ κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχο-
μένη· † καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ
† λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν (μ) ὁ κύριος.

MS.A. (ε) ἐπερίφην (ζ) ὡς (η) πόδας μου, (θ) τὴν μονογενῆν μου. (ι) ἐπήκουσέν (κ) πάντων τῶν (λ) τὰ πέρα (μ) κύριος.

Verſ. GRÆC. LXX. Interp. & Æthiopicæ, Tranſl. LAT.

In te projectus ſum ex utero:
10 De ventre matris meæ Deus
meus es tu: Ne diſcedas à me.
11 Quoniã [e] tribulatio proxi-
ma eſt: quoniam non eſt qui adju-
vet. 12 Circundederunt me vi-
tuli multi: (f) tauri pingues ob-
ſederunt me. 13 Aperuerunt ſuper
me os ſuum, ſicut leo [f] rapiens,
& rugiens. 14 Sicut aqua (g) ef-
fuſus ſum, et diſperſa ſunt omnia
oſſa mea. 15 Factum eſt cor meũ,
ſicut cera liqueſcens, de medio
ventris mei. 16 Exaruit velut te-
ſta, virtus mea: & lingua mea
adhæſit faucibus meis, et in pul-
verem mortis deduxiſti me.
17 Quoniam circundederunt me
canes multi: conſiliũ malignantiũ
obſedit me. 18 Foderũt man' me-
as, & (h) pedes: Dinumeraverunt
omnia oſſa mea: 19 Ipſi verò con-
ſideraverunt, & inſpexerunt: Di-
viſerunt ſibi veſtimenta mea, &
ſuper veſtẽ mea miſerunt ſortẽ.
20 Tu autem, Domine, ne elonga-
veris (i) auxilium meũ: in defen-
ſionem meam reſpice. 21 Erue à
framea animam meã: et de manu
canis (k) unicam meam. 22 Salvũ
me fac de ore leonis: & à corni-
bus unicornium [g] humilitatem
meam. 23 Narrabo nomen tuum
fratribus meis: in medio Eccleſiæ
cantabo te. 24 Qui timetis Domi-
nũ, laudate eum: [h] univerſum
ſemen Jacob (l) magnificate eũ.
25 [i] Timeat eum omne ſemẽ Iſ-
rael; quoniam non ſprevit, neque
deſpexit deprecationem pauperis:
26 Neque avertit faciem ſuam à
me: & cùm clamarẽ ad eũ, ex-
audivit me. 27 (m)[k] A te laus
mea (n) in Eccleſia magna: vota
mea reddam in conſpectu timen-
tium eũ. 28 Edent pauperes, &
ſaturabuntur, & laudabunt Do-
minum, qui requirunt eũ: vivent
ובסוגאי דשטיותיה נטעי :

ו

ברי אין ערבת לחברך אשלימתא לנוכראה ידך : אתצידתא במאמרא דפומך 1
אתאחדתא במאמרא דפומך : עביד היכנא בני ואתפצא מטול דנפלת ביד דחברך 2
אזיל גרג הביל חברך : לא תתן שנתא לעינך ונימתא לגביניך : דתתפצי היך טביא מן 3 4
נשבא והיך צפרא מן פוחא : אתדמא לשומשמנא עטלא חמי ארחתהון ואתחכם : 5 6
דלית לה חצדא היך אף לא סרכא ושליטא : מתקנא בקיטא לחמה וגבשא בחצדא 7
מיכלה : עד מה לאימת אנת דמיך אנת עטלא ולאימת קימת מן שנתך : קליל 8 9
שנתא קליל נומתא קליל תחבק ידך למדמכא : ותיתי ותדרוך מסכנותך וחוסרנך 10 11
היך גברא כשרא :

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

Et non audivi vocem doctorum meorum, & magistris meis non in- 13
clinavi aurem meam. Penitus *fui mihimet in omnibus malis*, in me- 14
dio ecclesiæ & congregationis. Bibe aquam de cisterna tua, & flu- 15
enta de puteo tuo. Redundabunt fontes tui foris, & in plateis rivi aqua- 16
rum. Erunt tibi soli, & extranei non participabunt tecum. Erit fons 17
tuus benedictus: & lætare cum uxore adolescentiæ tuæ. Cerva amoris 18
& exultatio gratiæ: rationem disce in omni tempore, & in dilectionem 19
ejus incumbe semper. Et quare seduceris fili mi in aliena? neque etiam 20
amplexaberis sinum extraneæ. Quoniam in conspectu Dei sunt viæ vi- 21
ri, & omnes semitæ ejus manifestæ sunt coram eo. Peccata sua com- 22
prehendunt impium, & in funibus peccatorum suorum constringitur.
Ipse morietur absque disciplina, & in multitudine stultitiæ suæ errabit. 23

CAP. VI.

Fili mi si spoponderis pro amico tuo, promisisti solvere extraneo manu 1
tua; Illaqueatus es verbis oris tui: captus es sermonibus oris tui. Fac 2
hoc fili mi, & liberare: quia incidisti in manum proximi tui; vade susci- 3
ta velociter amicum tuum. Ne des somnum oculis tuis, neque dormitati- 4
onem palpebris tuis. Ut evadas quasi damula de pedica, & sicut avis de 5
laqueo. Similis esto formicæ, piger; vide vias ejus, & sapiens esto. Quæ 6
non habet messem, sicut nec ducem, neque dominatorem; Præparat in 7
æstate cibum suum, & coacervat in messe escam sibi. Usquequo piger tu 8
dormis, & quando consurges de somno tuo? Parum somni [*erit tibi*,] 9
& parum dormitationis, paululum complicabis manus tuas ad dormien- 10
dum. Et veniet & incedet egestas tua, & indigentia tua, sicut vir rectus. 11

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

13 * ܘܠܐ ܫܡܥܬ ܠܩܠܐ ܕܡܠܦܢܝ. ܘܠܡܫܬܥܝܢܝ ܠܐ ܐܪܟܢܬ ܐܕܢܝ. * ܟܒܪ ܩܠܝܠ ܗܘܐ ܕܗܘܝܬ ܒ
14 15 ܟܠ ܒܝܫܢ ܒܟܢܘܫܬܐ ܘܒܥܕܬܐ. * ܐܫܬܝ ܡܝܐ ܡܢ ܓܘܒܟ. ܘܪܕܝܐ ܡܢ ܡܒܘܥܟ. * ܘܢܫܬܦܟܘܢ
16 17 ܡܝܟ ܒܫܘܩܝܟ. ܘܒܫܘܩܝܟ ܢܪܕܘܢ. * ܘܢܗܘܘܢ ܠܟ ܒܠܚܘܕܝܟ. ܘܢܘܟܪܝܐ ܠܐ ܢܫܬܘܬܦܘܢ
18 19 ܥܡܟ. * ܘܢܗܘܐ ܡܒܘܥܟ ܡܒܪܟ. ܘܚܕܝ ܥܡ ܐܢܬܬܐ ܕܛܠܝܘܬܟ. * ܐܝܠܐ ܕܪܚܡܬܐ. ܘܝܥܠܐ
20 ܕܪܚܡܬܐ. ܘܐܘܪܚܬܗ ܝܠܦ ܒܟܠܙܒܢ. ܘܒܪܚܡܬܗ ܪܥܝ. * ܘܠܐ ܬܛܥܐ ܒܪܝ ܒܢܘܟܪܝܬܐ. ܘܠܐ
21 ܬܓܦܘܦ ܒܥܘܒܐ ܕܢܘܟܪܝܬܐ. * ܡܛܠ ܕܩܕܡ ܥܝܢܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܐܘܪܚܬܗ ܕܓܒܪܐ.
22 ܘܟܠܗܘܢ ܫܒܝܠܘܗܝ ܓܠܝܢ ܩܕܡܘܗܝ. * ܒܣܘܪܚܢܘܗܝ ܢܬܐܚܕ ܥܘܠܐ. ܘܒܚܒܠܐ ܕܚܛܗܘܗܝ
23 ܢܬܚܒܫ. * ܗܘ ܢܡܘܬ ܕܠܐ ܡܪܕܘܬܐ. ܘܒܣܘܓܐ ܕܣܟܠܘܬܗ ܢܬܛܥܐ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܘ *

1 ܒܪܝ. ܐܢ ܥܪܒܬ ܠܚܒܪܟ. ܐܫܠܡܬ ܐܝܕܝܟ
2 3 ܠܢܘܟܪܝܐ. * ܐܬܬܨܝܕܬ ܒܡܡܠܠ ܦܘܡܟ: ܘܐܬܬܚܕܬ ܒܡܡܠܠ ܕܣܦܘܬܟ. * ܥܒܕ ܗܟܢܐ
ܒܪܝ. ܘܐܬܦܨܝ. ܡܛܠ ܕܢܦܠܬ ܒܐܝܕܝ ܒܥܠܕܒܒܟ ܡܛܠ ܚܒܪܟ. ܙܠ ܘܐܠܨ ܠܚܒܪܟ
4 5 ܕܥܪܒܬ ܠܗ. * ܘܠܐ ܬܬܠ ܫܢܬܐ ܠܥܝܢܝܟ. ܘܠܐ ܢܘܡܬܐ ܠܓܒܝܢܝܟ. * ܕܬܬܦܨܐ ܐܝܟ
6 ܛܒܝܐ ܡܢ ܢܫܒܐ. ܘܐܝܟ ܨܦܪܐ ܡܢ ܦܚܐ. * ܐܬܕܡܐ ܠܫܘܫܡܢܐ. ܘܚܙܝ ܐܘܪܚܬܗ.
7 8 ܘܝܠܦ ܕܠܝܬ ܠܗ ܚܨܕܐ. * ܘܠܝܬ ܥܠܝܗ ܫܠܝܛܐ. ܘܠܐ ܡܢ ܕܕܚܩ ܠܗ. * ܘܡܛܝܒܐ
9 ܠܗ ܡܢ ܩܝܛܐ ܠܚܡܗ. ܘܟܢܫܐ ܒܚܨܕܐ ܡܐܟܘܠܬܗ. * ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ ܬܕܡܟ ܐܝܟ ܚܒܢܢܐ.
10 ܘܐܡܬܝ ܡܢ ܫܢܬܟ ܬܩܘܡ. * ܩܠܝܠ ܬܕܡܟ. ܘܩܠܝܠ ܬܬܢܡܢܡ. ܘܩܠܝܠ ܬܣܝܡ ܐܝܕܝܟ ܥܠ
11 ܚܕܝܟ. * ܘܬܐܬܐ ܥܠܝܟ ܡܣܟܢܘܬܐ. ܘܬܕܪܟܟ ܚܣܝܪܘܬܐ. ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܛܘܒܬܢܐ ܓܒܪܐ ܣܟܠܐ.

Et non audivi vocem docentium me, & hortantibus 13
me non præbui aurem meam? Parum 14
abfuit quin verſatus ſim in omnibus malis
in congregatione, & in eccleſia. Bibe 15
aquas de puteo tuo, & fluenta de fonte tuo.
Et effundantur aquæ tuæ per plateas tuas, & 16
in compitis tuis fluant: Sintque tibi ſoli, & 17
alieni non participent tecum. Et erit benedictus 18
fons tuus; & lætare cum muliere adoleſcentiæ
tuæ, Cervo amoris, & ibice amoris: 19
Vias ejus diſce in omni tempore, & in
amore ejus paſcere: Et ne ſeducaris fili mi, 20
ob extraneã, neve amplectaris ſinũ extraneæ.
Quoniam coram oculis ſunt Dñi viæ viri, & 21
omnes ſemitæ ejꝰ detectæ corã eo. In delictis 22
ſuis capietur iniquus, & funibus peccatorum
ſuorum vincietur. Ipſe morietur ineruditus, 23
& in multitudine erroris ſui decipietur.

CAP. VI.

Fili mi, ſi ſpopondiſti pro amico tuo, tradidiſti 1
manum tuã alienis: Irretitus es ſermone 2
oris tui, & captus es eloquio labiorũ tuorum.
Fac ita fili mi, & temetipſum libera. Quandoquidem 3
propter amicũ tuum incidiſti in manus
inimici tui, ſolicita ergò amicũ tuum pro
quo fidejuſſiſti, Et ne concedas ſomnũ oculis 4
tuis, neque dormitationem ſuperciliis tuis: Ut 5
libereris quaſi cervꝰ à plagis, & velut avis à
laqueo. Imitare formicam, & conſidera vias 6
ejus: et diſce quòd non ſit ei meſſis, Nec ſit 7
ſuper eam præfectus, nec qui ſolicitet eam,
Attamen parat ſibi ab æſtate panem ſuum, et 8
congregat in meſſe eſcã ſuam. Uſquequo dormies 9
piger? ecquando è ſomno tuo ſurges?
Parum dormies, parum ſomni capies, et parũ 10
pones manum tuam ſupra pectus tuum: Ingruétque 11
in te paupertas, et aſſequetur te egeſtas
quaſi vir fortunatus, homo ſtultus.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

13 14 * ما سمعت صوت من كان يؤدبني ويعلمني * ولا وعيته في أذني * في مدة يسيرة حصلت في كافة
15 16 السوء * في وسط الكنيسة والجمع * اشرب المياه من أوانيك * ومن ابيار ينبوعك * ولتنسكب لك
17 المياه من ينبوعك * ولتسلك مياهك في شوارعك * ولتكن لك وحدك ملكا * ولا يشاركك فيها
18 19 أحد غريب * ينبوعك الذي للماء فليكن لك خصوصا * وافرح مع امرأة حداثتك * وليعانقك
أيلة محبتك * ومهر نعمتك التي لك * فلتعد لك وتقترن بك في كل وقت * لأن في انقيادك إلى
20 مودتها تصير كثير * لا تصغ إلى المرأة الغريبة * ولا تمض إليها * ولا تلامس ساعدي امرأة
21 22 ليست امرأتك * لأن طرق الرجل أمام عيني الله هي * وهو يراقب طرائقه كلها * الأفعال المتجاوزة
23 السريعة تقتنص الإنسان * وكل أحد يربط بحبائل خطاياه تجرما * هذا لأنه توفي مع الذين
لا أدب لهم * فألقي من كثرة تعمقه * وهلك من أجل غباوته *

* الفصل السادس *

1 2 * يا بني إن ضمنت صديقك * فقد أسلمت يدك إلى عدوك * لأن فخا قويا للإنسان شفتاه *
3 ويوقع بشفتي فمه * يا بني اعمل ما أوصيك به تسلم * لأنك حصلت في أيدي الطالحين من
4 أجل صديقك * اذهب غير متضجر * أخرج صديقك الذي تعزم تضمنه * لا تعط عينيك
5 نوما * ولا تنقبض بأجفانك * لتخلص كتخلص الغزال من الوهق * وكانفلات الطائر من الفخ *
6 7 * أيها العاجز اذهب إلى النملة * وإذا رأيتها فماثل طرقها * وصر أوفر منها حكمة * لأن تلك
8 إذ ليست لها فلاحة * ولا لها من يضطرها * ولا هي تحت أمر سيد يلزمها * تستعد منذ الحصاد
طعامها * وبالحصاد تصنع ذخيرة عظيمة * أو اذهب إلى النحلة واعرف أنها مثل الفاعل هي
تعمل صناعتها طرفة عجيبة * وأتعابها تحمل إلى الملوك * والعامة يستعملونها لحفظ الصحة * وهي
عند جميع الناس مأثورة مشرفة * مع أنها ضعيفة في قوتها فقد فاقت * لأنها أكرمت بالحكمة
9 10 وفضلت * أيها العاجز إلى متى تضطجع طريحا * متى تنهض من النوم * تنام قليلا * وتجلس
11 قليلا * وتتناعس قليلا * وتعانق بيديك صدرك يسيرا * ثم ماذا يوافيك * العوز كمسافر ردي *
والفاقة كفيج حثيث السعي * وإن كنت غير عاجز فسيجي حصادك كفيض الينبوع * وينصرف الفاقة عنك كإنسان ردي *

Non audivi vocem ejus qui me erudiebat 13
meque docebat, & non retinui eam
in aure mea? Brevi tempore deveni in 14
omnem miſeriam, in medio Eccleſiæ, &
ſynagogæ. Bibe aquas de vaſis tuis, & 15
de puteis fontis tui: Et fundantur tibi 16
aquæ de ſcatebra tua, & fluant aquæ
tuæ per vicos tuos: Et ſint tibi ſoli poſſeſſio, 17
& ne communicet tecum in illis
ullus externus. Fons aquæ tuus, ſit tibi 18
peculiaris, & lætare cum uxore adoleſcentiæ
tuæ: Et amplexetur te cerva amoris 19
tui, & binnulus gratiæ tuæ, qui tuus
eſt; ipſa ſit tibi parata, & juncta ſit tibi
omni tempore: quia aſſentiendo amori
ejus, fiet multus. Ne attendas ad mulierem 20
extraneam, nec eam adeas, & ne
attrectes brachia mulieris quæ non ſit
uxor tua: Quia viæ viri coram oculis 21
Dei ſunt, ipſeque obſervat vias
ejus omnes. Opera tranſgredientia legem 22
venantur hominem, & unuſquiſque
ligabitur funibus peccatorum ſuorum
ſtrictè. Hic quia mortuus eſt cum iis qui 23
ſunt ſine diſciplina, dejectus eſt ob multitudinem
machinationum ſuarum, &
periit ob ſuam ſtultitiam.

CAP. VI.

Fili mi, ſi ſpopondiſti pro amico tuo, 1
jam tradidiſti manum tuam inimico
tuo: Quia ſunt laqueus validus homini 2
labia ſua, & illaqueatur labiis oris
ſui. Fili mi, fac quod mando tibi, 3
& ſalvus eris. Quandoquidem offendiſti
in manus improborum propter amicum
tuum, abi impiger, pete amicum
tuum pro quo decernis ſpondere. Ne 4
des oculis tuis ſomnum, & ne levi ſomno
capiaris in palpebris tuis: Ut evadas 5
ſicut evadit cervus è reti, & ſicut
effugit avis è laqueo. O piger, vade 6
ad formicam: & poſtquam videris eam,
imitare vias ejus, & eſto amplioris
ſapientiæ quam ipſa. Hæc enim cùm non 7
habeat arva, nec habeat qui eam cogat,
neque ſit ſub imperio domini qui adigat
eam, Parat à tempore meſſis cibum 8
ſuum, & in meſſe cogit annonam ingentem.
Aut vade ad Apem, & ſcias
eam velut operarium fabricare opus ſuum
arte mirabili: & labores ejus deferuntur
ad reges, & vulgus iis utitur
ad tuendam ſanitatem: eſtque apud
omnes homines amabilis & laudanda:
etiamſi debilis ſit viribus, tamen antecellit,
quia commendatur in ſapientia, &
præſtans eſt. O piger, uſquequò jacebis 9
proſtratus? quandonam ſurges è ſomno?
Dormis paululùm, & ſedes paululùm, 10
& dormitas paululùm, & amplecteris
manibus tuis pectus tuum paululùm:
Tum quid adveniet tibi? egeſtas 11
velut viator peſſimus, et paupertas quaſi
curſor velox in ambulando. Quòd ſi fueris
impiger, adveniet meſſis tua quaſi inundatio
fontis, et recedet paupertas à te
quaſi homo peſſimus.

משלי : ז

.otis perverſitate ambulans ; iniquitatis vir Belijahal Homo
אדם בליעל איש און הולך עקשות פה : 12
.ſuis digitis in docens ; ſuis pedibus in loquens , ſuis oculis in Annuens
קרץ בעינו מלל ברגלו מרה באצבעתיו : 13
; tempore omni in malum fabricans , ejus corde in Perverſitates
תהפכות בלבו חרש רע בכל־עת 14
ſubitò : ejus exitium veniet extemplò Ideo .mittet contentiones
מדנים ישלח : על־כן פתאם יבוא אידו פתע 15
ſeptem & ; Dominus odivit illa Sex .ſanitas non & , conteretur
ישבר ואין מרפא : שש־הנה שנא יהוה ושבע 16
manus & ; fallacem linguam , ſublimes Oculos .ejus animæ abominatio
תועבות נפשו : עינים רמות לשון שקר וידים 17
: iniquitatis cogitationes fabricans Cor .innocentis ſanguinē effundentes
שפכות דם־נקי : לב חרש מחשבות און 18
: falſitatis teſtis mendacia Efflabit .malum ad currere feſtinantes pedes
רגלים ממהרות לרוץ לרעה : יפיח כזבים עד שקר 19
; tui patris præceptum mi fili Conſerva .fratres inter diſſidia mittens &
ומשלח מדנים בין אחים : נצר בני מצות אביך 20
: ſemper tuo corde ſuper ea Liga .tuæ matris legem dimittas ne &
ואל־תטש תורת אמך : קשרם על־לבך תמיד 21
, te jacendo in , te deducet , te ambulando In .tuis gutturibus ſuper ea vinci
ענדם על־גרגרתך : בהתהלכך תנחה אתך בשכבך 22
lucerna Quia .te alloquetur ipſa, fueris expergefact° & : te ſuper cuſtodiet
תשמר עליך והקיצות היא תשיחך : כי נר 23
.eruditionis increpationes vitarum via & : lux lex & , mandatum
מצוה ותורה אור ודרך חיים תוכחות מוסר :
.extraneæ linguæ lenitate à : mala muliere à te cuſtodiendum Ad
לשמרך מאשת רע מחלקת לשון נכריה : 24
te capiat non & ; tuo corde in ej° pulchritudinem concupiſcas Ne
אל־תחמד יפיה בלבבך ואל־תקחך 25
ad uſque meretricem mulierem propter Quia .ſuis palpebris in
בעפעפיה : כי בעד־אשה זונה עד־ 26
.venabitur precioſam animam viri mulier & : panis tortam
ככר לחם ואשת איש נפש יקרה תצוד :
non ejus veſtes & ; ſuo ſinu in ignem vir accipiet Nunquid
היחתה איש אש בחיקו ובגדיו לא 27
ejus pedes & ; prunas ſuper vir ambulabit Si ? comburentur
תשרפנה : אם־יהלך איש על־הגחלים ורגליו 28
mundabitur non ; ſui ſocii uxorem ad ingrediens Sic ? adurentur non
לא תכוינה : כן הבא אל־אשת רעהו לא ינקה 29
; fuerit furatus cùm furem ſpernent Non .eam in tangens omnis
כל־הנגע בה : לא־יבוזו לגנב כי יגנוב 30
: ſeptuplum reddet inventus Et .eſurierit cùm , ſuam animā implendum ad
למלא נפשו כי ירעב : ונמצא ישלם שבעתים 31
deficit , mulierem Adulterans .dabit ſuæ domus ſubſtantiam omnem
את־כל־הון ביתו יתן : נאף אשה חסר־ 32
Plagam .illud faciet ipſe ſuam animam corrumpens , corde
לב משחית נפשו הוא יעשנה : נגע־ 33
.delebitur non ejus opprobrium & ; inveniet ignominiam &
וקלון ימצא וחרפתו לא תמחה :
.vindictæ die in parcet non & ; viri excandeſcentia zelus Quia
כי־קנאה חמת־גבר ולא יחמול ביום נקם : 34
cùm , volet non & ; propitiationis omnis facies accipiet Non
לא־ישא פני כל־כפר ולא־יאבה כי 35
.munus multiplicaveris
תרבה־שחד :

CAP. VII. ז

.tecum abdes mea præcepta & ; meos ſermones cuſtodi , mi Fili
בני שמר אמרי ומצותי תצפן אתך : 1

Verſio VULG. LAT.

12 Homo apoſtata, vir inutilis,
13 graditur ore perverſo, Annuit oculis, terit pede, digito loqui-
14 tur, Pravo corde machinatur malū, & omni tempore jurgia
15 ſeminat. Huic extemplò veniet perditio ſua, & ſubitò conteretur, nec habebit ultra me-
16 dicinam. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum dete-
17 ſtatur anima ejus: Oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem,
18 Cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum,
19 Proferentem mendacia teſtem fallacem, & eum qui ſeminat
20 inter fratres diſcordias. Conſerva, fili mi, præcepta patris tui, & ne dimittas legem ma-
21 tris tuæ. Liga ea in corde tuo jugiter, et circumda gutturi tuo.
22 Cùm ambulaveris, gradiantur tecum: cùm dormieris, cuſtodiant te, & evigilans loquere
23 cum eis. Quia mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ
24 increpatio diſciplinæ: Ut cuſtodiant te à muliere mala, & à
25 blanda lingua extraneæ. Non concupiſcat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nu-
26 tibus illius: Pretium enim ſcorti vix eſt unius panis: mulier autem viri pretioſam animam
27 capit. Numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut veſtimenta illius non arde-
28 ant? Aut ambulare ſuper prunas, ut non comburantur plan-
29 tæ ejus? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cum tetigerit eam.
30 Non grandis eſt culpa, cùm quis furatus fuerit: furatur e-
31 nim ut eſurientem impleat animam: Deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domûs ſuæ tradet.
32 Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animā ſuam:
33 Turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur:
34 Quia zelus & furor viri non
35 parcet in die vindictæ, Nec acquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

CAP. VII.

1 Fili mi, cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili,

Verſio GRÆCA. LXX. Interp.
Cum Tranſlatione LATINA.

12 † Ἀνὴρ ἄφρων καὶ παράνομος πορεύεται ὁδοὺς
13 οὐκ ἀγαθάς. † Ὁ δ' αὐτὸς ἐννεύει ὀφθαλ-
μῷ, σημαίνει δὲ ποδί, † διδάσκει δὲ ἐννεύμα-
14 σι δακτύλων. † Διεστραμμένη (η) καρδία τε-
κταίνεται κακά, † ἐν παντὶ καιρῷ ὁ τοιοῦτος
15 ταραχὰς συνίστησι πόλει. † (θ) Διὰ τοῦτο
ἐξάπινης ἔρχεται ἡ ἀπώλεια αὐτοῦ, † διακο-
16 πὴ καὶ συντριβὴ ἀνίατος. † Ὅτι χαίρει πᾶ-
σιν οἷς μισεῖ (ι) ὁ Θεός, † συντρίβεται δὲ (ʹ) δι'
17 ἀκαθαρσίαν ψυχῆς. † Ὀφθαλμὸς ὑβριστοῦ,
γλῶσσα ἄδικος, † χεῖρες ἐκχέουσαι αἷμα
18 (κ) δικαίου, † Καὶ καρδία τεκταινομένη λο-
γισμοὺς κακούς, καὶ πόδες ἐπισπεύδοντες κακο-
19 ποιεῖν. † Ἐκκαίει ψευδῆ μάρτυς ἄδικος,
† καὶ ἐπιπέμπει κρίσεις ἀναμέσον ἀδελφῶν.
20 † (λ) Υἱὲ φύλασσε νόμους πατρός σου, † καὶ μὴ
21 ἀπώσῃ θεσμοὺς μητρός σου. † Ἄφαψαι δὲ
αὐτοὺς ἐπὶ σῇ ψυχῇ διαπαντός, † καὶ ἐγκλοί-
22 ωσαι περὶ σῷ τραχήλῳ. † Ἡνίκα ἂν περιπα-
τῇς, ἐπάγου αὐτὸν καὶ μετὰ σοῦ ἔστω, † ὡς δ'
ἂν καθεύδῃς, φυλασσέτω σε, † ἵνα ἐγειρομέ-
23 νῳ (μ) συλλαλῇ σοι. † Ὅτι λύχνος ἐντολὴ
νόμου καὶ φῶς, † (ν) ὁδὸς ζωῆς, καὶ ἔλεγχος
24 καὶ παιδεία, † Τοῦ διαφυλάσσειν σε ἀπὸ γυναι-
κὸς ὑπάνδρου, † καὶ ἀπὸ διαβολῆς γλώσσης
25 ἀλλοτρίας. † Μή σε νικήσῃ κάλλους ἐπιθυμία,
μηδὲ ἀγρευθῇς σοῖς ὀφθαλμοῖς, † μηδὲ
(ξ) συναρπασθῇς ἀπὸ τῶν αὐτῆς βλεφάρων. †
26 Τιμὴ γὰρ πόρνης ὅση καὶ ἑνὸς ἄρτου, † γυνὴ δὲ
27 ἀνδρῶν τιμίας ψυχὰς ἀγρεύει. † Ἀποδήσει
τις πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύ-
28 σει; † Ἢ περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων
29 πυρός, τοὺς δὲ πόδας οὐ κατακαύσει; † Οὕ-
τως ὁ εἰσελθὼν πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον, †
οὐκ (ξ) ἀθωωθήσεται, οὐδὲ πᾶς ὁ ἁπτόμενος
30 αὐτῆς. † Οὐ θαυμαστὸν ἐὰν (ο) ἁλῷ τις κλέ-
πτων, † κλέπτει γὰρ ἵνα (π) ἐμπλήσῃ τὴν ψυχὴν
31 πεινῶν. † Ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἀποτίσει ἑπταπλάσια,
† καὶ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ δοὺς ῥύσεται
32 ἑαυτόν. † Ὁ δὲ μοιχὸς δι' ἔνδειαν φρενῶν †
33 ἀπώλειαν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ περιποιεῖται, † Ὀ-
δύνας τε καὶ ἀτιμίας ὑποφέρει, † τὸ δὲ ὄνειδος
34 αὐτοῦ οὐκ ἐξαλειφθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. † Με-
στὸς γὰρ ζήλου θυμὸς ἀνδρὸς αὐτῆς, † οὐ φείσε-
35 ται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. † Οὐκ ἀνταλλάξεται οὐ-
θενὸς λύτρον τὴν ἔχθραν, † (ρ) οὐδὲ μὴ διαλυ-
θῇ πολλῶν δώρων.

Vir inſipiens & iniquus ambu- 12
lat (y) vias non bonas. Ipſe au- 13
tem innuit (z) oculo, (ω) ſignifi-
cat autem pede, (aa) docet autem
nutibus digitorum. (bb) Perver- 14
ſum cor fabricatur mala: in omni
tempore, qui talis eſt, (cc) turbati-
ones affert civitati. Propter hoc 15
(dd) extemplò venit perditio i-
pſius, interciſio, & contritio inſa-
nabilis. Quoniam gaudet omni- 16
bus, quæ odit (ee) Deus: (ff) con-
teritur autem propter immundi-
tiam animæ. Oculus (gg) contu- 17
melioſi, lingua injuſta, manus ef-
fundentes ſanguinē (hh) juſti, Et 18
cor fabricans cogitationes ma-
las, & pedes (ii) feſtinantes ad
malefaciendum. (kk) Accendit 19
falſa teſtis injuſtus: & immittit
(ll) judicia inter fratres. Fili, cu- 20
ſtodi leges patris tui; et ne expel-
las jura matris tuæ. Liga (mm) 21
autem ea ſuper (nn) animam tu-
am ſemper, & (oo) quaſi torquē
circunda circa tuum collum.
Quandocunque ambulaveris; 22
(pp) adducito eā, & tecum ſit:
& quandocunq; dormieris; cu-
ſtodiat te, ut (qq) expergefacto
colloquatur tibi. Quoniam lucer- 23
na mandatum (rr) legis, & lumē
via vitæ, & (ſſ) correptio, et diſ-
ciplina, Ad conſervandum te à 24
muliere (tt) nupta, (vv) & à ca-
lumnia linguæ alienæ. (xx) Non 25
te vincat formæ concupiſcentia:
neq; (yy) capiaris tuis oculis, neq;
abripiaris ab ejus palpebris. Pre- 26
tium enim meretricis, quantum
& unius panis: mulier autem
virorum pretioſas animas capit.
(zz) Alligabit quis ignem in ſi- 27
nu, veſtes autē non comburet?
Aut ambulabit quis ſuper pru- 28
nas ignis, & pedes non combu-
ret? Sic qui intrat ad mulierem 29
(ωω) nuptam, non erit innoxius,
neq; omnis tangens eam. Non 30
(aaa) mirum, ſi deprehendatur
furans: furatur enim, ut imple-
at animam (b) eſuriens: Si autē 31
deprehenſus fuerit; reddet ſeptu-
pla, & omnem ſubſtantiam ſuam
dans liberabit ſeipſum. Adulte- 32
rans (c) autem propter inopiam
cordis perditionem animæ ſuæ
acquirit, (d) Ac dolores, & ig- 33
nominias ſuſtinet: & oppro-
brium ejus non delebitur in ſeculum. Plenus enim zeli furor viri 34
ejus non parcet in die (e) judicii. Non (f) commutabit ullâ red- 35
emptione inimicitiam: neq; diſſolvetur (g) multis donis.

MS. A. (η) δὲ καρδία (θ) Διὰ δὲ τοῦτο (ι) ὁ κύριος, (ʹ) διὰ (κ) δίκαιον, (λ) Φύλασσε υἱὲ (μ) συλλαλήσῃ (ν) καὶ ὁδὸς ζωῆς, ἔλεγχος (ξ) συναρπάσῃς (ξ) ἀθωωθήσεται, (ο) τίς ἁλῷ (π) ἐμπλήσῃ ψυχὴν πεινῶσαν. (ρ) οὐδὲ μὴ διὰ πολλῶν δώρων.

ΚΕΦ. ζʹ.

1 † Υἱὲ φύλασσε ἐμοὺς λόγους, † τὰς δὲ ἐμὰς ἐντολὰς κρύψον παρὰ σεαυτῷ. † Υἱὲ τίμα τὸν κύριον καὶ ἰσχύσεις, † πλὴν δὲ αὐτοῦ μὴ φοβοῦ ἄλλον.

CAP. VII.

Fili, cuſtodi meos ſermones: & mea mandata reconde apud teipſum. (a) Fili, honora Dominum, & valebis: præter eum autem ne timeas alterum. 1

תרגום TARGUM.

בר נש טלומא גברא עולא מהלך בעקימות פומיה : רמז בעינוי ותכס ברגלוי ורמז 12
באצבעתיה : ומתהפך בלביה וחשל בישתא בכל זמן תגרי רמי : מטול הכנא 13 14
מן שליא ניתי תבריה ומן שליא נתבר ולא תהוי ליה אסיותא : שית אנון דסני 15 16
אלהא ובשבע אסלית נפשיה : עיני רמתא ולישנא דשקרא וידי דשפכן דמא זכי : 17
לבא דחשל מחשבתא רעתא ורגלי דמסתרהבן למרהט לבישתא : סהדא דשקרא 18 19
דמלל כדבותא ומן דרמי תגרי בין אחי : טור ברי פוקדנא דאבוך ולא תטעי 20
מנימוסא דאמך : קטורנון בלבך תדירא וכרוך אנון בצורך : במיזלך תתדבר עמך 21 22
במדמכך תתנטר עלך ותתער היא תהוי רציך : מטול שרגא הוא פוקדנא ונימוסא 23
נהורא ואורחא דחיי מכסנותא ומרדותא : דתנטרך מן אתתא בישתא ומן שעיעותא 24
דלישנא דנוכריתא : לא תרוג שופרה בלבבך ולא תשרגנגך בגביניתהא : מטול 25 26
דדמיא מלתא דזניתא היך גרצתא דלחמא ואתת גברא נפשא יקירתא צידא : דלמא 27
סיב בר נשא נורא בעוביה ולבושיה לא יקיד : אי דלמא מהלך גברא עלוי גומרי 28
ורגלוי לא מתכוין : הכנא מה דעאל על אתת חבריה למגור עמה לא נזכה כל 29
מן דקריב בה : לא למתדמרו לגנבא דגנב דתשבע נפשיה מטול דכפן : ומן 30 31
דמשתכח פריע חד בשבעה וכוליה מולא דביתיה יהיב : מן דגיר באתתא חסר 32
דרעינא ומן דבעי די יחבל נפשיה הוא עבד לה : מכתשי וצערי יארע וחסודיה לא 33
מטעי : מטול דטננא חמתא דגברא ולא חיס ביומא דפורענא : ולא נסב באפיה 34 35
דכל דיהב ליה מוהבא ולא מתפס כד תסגא שוחדה :

ז ברי נטר מימרי ופקודי תטשי גבך : 1

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

Homo calumniator, vir iniquus graditur perverſo ore. Annuit oculis 12
ſuis, & terit pedibus ſuis, & indicat digitis ſuis. Et perverſus eſt in corde 13
ſuo, & cogitat malum, in omni tempore jurgia ſpargit. Propterea ſubitò 14
veniet interitus ejus, & ſubitò conteretur, & non erit ei medicina. Sex 15
ſunt quæ odit Deus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus. Oculos ſublimes 16
& linguam mendacem, & manus effundentes ſanguinem innocentem. 17
Cor quod cogitat cogitationes peſſimas, & pedes feſtinantes ad curren- 18
dum in malum. Teſtem falſum qui loquitur mendacium, & qui mittit jur- 19
gia inter fratres. Cuſtodi fili mi præcepta patris tui, & ne aber- 20
res à lege matris tuæ. Liga ea in corde tuo ſemper, & alliga ea 21
collo tuo. Cùm ambulaveris, deducet te; & cum dormieris, cu- 22
ſtodiet te; & ſi evigilaveris, ipſa erit meditatio tua. Quia manda- 23
tum eſt lucerna, & lex lux, & via vitæ correptio & diſciplina. Ut 24
cuſtodiant te à muliere mala, & à lenitate linguæ extraneæ. Non concupi- 25
ſces pulchritudinem ejus in corde tuo, ne ſeducat te palpebris ſuis. Quo- 26
niam ſimilis eſt oratio meretricis tortæ panis: & uxor viri precioſam ani-
mam venatur. Nunquid poteſt homo ponere ignem in ſinu ſuo, & veſti- 27
mentum ejus non ſuccendatur? Aut poteſt ambulare aliquis ſuper pru- 28
nas, & pedes ejus non comburantur? Sic eſt qui ingreditur ad uxorem 29
proximi ſui, ut rem habeat cum ea, non erit innoxius omnis qui tetige-
rit eam. Non eſt quod miremur furem qui furatur ut ſatiet animam ſu- 30
am cùm eſurit. Et qui inventus fuerit reddet ſeptuplum, & omnem ſub- 31
ſtantiam domus ſuæ dabit. Qui adulteratur cum uxore, indiget intellectu; 32
& qui quærit perdere animam ſuam, ipſe facit illud. Plaga & ignominia 33
accidet ei, & opprobrium ejus non recedat. Quoniam zelus eſt ira viri, 34
nec parcet in die vindictæ. Neque accipiet faciem ejus qui dat ei do- 35
num, neque contentus erit quamvis multiplices munera.

CAP. VII.

Fili mi cuſtodi verba mea, & præcepta mea abſconde apud te. 1

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

12 13 *ܓܒܪܐ ܥܘܠܐ ܡܗܠܟ ܒܥܩܡܬܐ. *ܪܡܙ ܒܥܝܢܘܗܝ. ܘܢܩܫ ܒܪܓܠܗ. ܘܪܡܙ ܒܨܒܥܬܗ.
14 *ܘܡܬܗܦܟ ܒܠܒܗ. ܘܚܫܠ ܒܝ̈ܫܬܐ ܒܟܠ ܙܒܢ. ܘܡܓܪܐ ܚܪ̈ܝܢܐ ܒܝܬ ܬܪܝܢ. *ܡܛܠܗܢܐ ܡܢ
15 16 ܫܠܝܐ ܢܐܬܐ ܬܒܪܗ. ܘܡܢ ܫܠܝܐ ܢܬܬܒܪ. ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܐܣܝܘܬܐ. * ܫܬ ܐܢܝܢ ܕܣܢܐ ܡܪܝܐ.
17 18 ܘܫܒܥ ܕܡܣܠܝܐ ܠܢܦܫܗ. *ܥܝܢܐ ܪܡܬܐ. ܘܠܫܢܐ ܕܓܠܐ. ܘܐܝ̈ܕܝܐ ܕܐܫܕ ܕܡܐ ܙܟܝܐ. *ܘܠܒܐ
19 ܕܡܬܚܫܒ ܡܚܫ̈ܒܬܐ ܒܝ̈ܫܬܐ. ܘܪ̈ܓܠܐ ܕܡܣܪܗܒܢ ܠܡܪܗܛ ܠܒܝܫܬܐ. * ܘܣܗܕܐ ܕܓܠܐ
20 ܕܡܡܠܠ ܕܓܠܘܬܐ. ܘܡܪܡܐ ܚܪ̈ܝܢܐ ܒܝܬ ܐܚ̈ܐ. *ܛܪ ܒܪܝ ܦܘܩܕܢܐ ܕܐܒܘܟ. ܘܠܐ ܬܫܒܘܩ ܢܡܘܣܐ ܕܐܡܟ.
21 *ܩܛܘܪ ܐܢܘܢ ܒܠܒܟ ܐܡܝܢܐܝܬ. ܘܥܒܘܟ ܐܢܘܢ ܥܠ ܨܘܪܟ. *ܘܡܐ ܕܡܗܠܟ ܐܢܬ. ܐܘܩܦ ܐܢܘܢ
22 ܥܡܟ. ܘܢܗܘܘܢ ܥܡܟ. ܛܪ ܐܢܘܢ ܕܢܛܪܘܢܟ. ܘܡܐ ܕܐܬܬܥܝܪܬ. ܗܢܘܢ ܢܗܘܘܢ ܠܟ ܪܢܝܐ.
23 24 *ܡܛܠ ܕܫܪܓܐ ܗܘ ܦܘܩܕܢܐ. ܘܢܡܘܣܐ ܢܘܗܪܐ. ܘܐܘܪܚܐ ܕܚܝ̈ܐ ܡܟܣܢܘܬܐ ܘܡܪܕܘܬܐ. *ܕܢܛܪܘܢܟ
25 ܡܢ ܐܢܬܬܐ ܒܝܫܬܐ. ܘܡܢ ܥܘܠܐ ܕܠܫܢܐ ܢܘܟܪܝܬܐ. *ܠܐ ܬܪܓ ܫܘܦܪܗ ܒܠܒܟ. ܘܠܐ
26 ܬܬܨܝܕ ܒܥܝ̈ܢܝܗ. ܘܠܐ ܢܫܒܝܘܟ ܒܥܦ̈ܥܦܝܗ. *ܕܕܡܝܐ ܗܝ ܐܢܬܬܐ ܙܢܝܬܐ. ܐܝܟ ܦܬܘܬܐ ܗܝ
27 ܕܠܚܡܐ. ܘܐܢܬܬ ܓܒܪܐ. ܢܦܫܐ ܝܩܝܪܬܐ ܨܝܕܐ. *ܕܠܡܐ ܣܐܡ ܓܒܪܐ ܢܘܪܐ ܒܥܘܒܗ.
28 ܘܠܒܘܫܘܗܝ ܠܐ ܡܘܩܕ. * ܐܘ ܕܡܗܠܟ ܓܒܪܐ ܥܠ ܓܘܡܪܐ ܕܢܘܪܐ. ܘܪ̈ܓܠܘܗܝ ܠܐ
29 30 ܡܬܟܘܝܢ. *ܗܟܢܐ ܗܘ ܡܢ ܕܥܐܠ ܠܘܬ ܐܢܬܬ ܚܒܪܗ. ܘܡܩܪܒ ܠܗ. ܠܐ ܢܙܕܟܐ. *ܠܐ ܬܗܪܐ ܕܡܫܬܟܚ ܓܢܒܐ
31 ܕܓܢܒ ܓܝܪ ܕܢܣܒܥ ܢܦܫܗ ܕܟܦܢܐ. *ܘܐܢ ܡܫܬܟܚ ܓܢܒܐ. ܦܪܥ ܫܒܥܐ
32 ܥܦ̈ܝܦܝܢ. ܘܟܠܗ ܩܢܝܢܐ ܕܒܝܬܗ ܢܬܠ. *ܕܓܐܪ ܕܝܢ ܒܐܢܬܬܐ. ܚܣܝܪ ܪܥܝܢܐ ܗܘ: ܘܡܚܒܠ
33 ܢܦܫܗ. *ܘܗܘ ܥܒܕ ܕܢܦܓܥ ܒܗ ܨܥܪܐ. ܘܢܕܪܟܝܘܗܝ. ܘܚܣܕܗ ܠܐ ܢܬܛܥܐ. *ܡܛܠ ܕܡܠܝܐ
34 35 ܛܢܢܐ ܕܓܒܪܐ: ܘܠܐ ܚܐܣ ܒܝܘܡܐ ܕܦܘܪܥܢܐ. *ܘܠܐ ܢܣܒ ܐܦ̈ܐ ܕܩܘܪܒܢܐ.
1 ܘܠܐ ܡܫܬܐܠ ܒܫܘܚܕܐ ܣܓܝܐܐ. *ܩܦܠܐܘܢ *ܙ* *ܒܪܝ. ܛܪ ܡܠ̈ܝ. ܘܦܘܩܕ̈ܢܝ ܐܛܫܐ ܠܘܬܟ.

Vir ſceleſtus ambulat in detrectatione: Nictat 12
oculis ſuis, et pulſat pede ſuo, & innuit digitis 13
ſuis, Agitátque in corde ſuo, & machinatur 14
mala in omni tempore, & jurgia excitat inter
duos. Propterea ex improviſo veniet exitiũ 15
ejus, & repentè conteretur, & non erit ei ſanitas.
Sex ſunt quæ odit Dñs, et ſeptimũ abominata 16
eſt anima ejꝰ: Oculũ ſublimem, & linguam 17
mendacẽ, et manꝰ effundentes ſanguinẽ
innocentẽ, Et cor moliens conſilia fraudis, 18
& pedem celerẽ ad currendũ in malũ, Et teſtẽ 19
mendacẽ, qui loquitur falſitatẽ, & ſerentẽ
diſſidia inter fratres. Cuſtodi fili mi præceptũ 20
patris tui, & ne obliviſcaris legẽ matris tuæ.
Infige ea cordi tuo ſemp, & circunda illa collo 21
tuo. Et cùm ambulas, fac adhæreant tibi, 22
tecúmque ſint. Serva illa, ut te ſervent: cúmq,
evigilaveris, ipſa ſint tibi meditatio. Lucerna 23
eſt enim mandatũ, & lex lux : via verò vitæ,
objurgatio & diſciplina: Ut cuſtodiat te à 24
muliere improba, & à criminatione linguæ
mulieris extraneæ: Et non concupiſcas pulchritudinem 25
ejus in corde tuo, neque capteris
oculis ejꝰ, nec te prædetur palpebris ſuis. Nã 26
comparatio mulieris fornicariæ, eſt inſtar placentæ
panis: & uxor viri animã pretioſã venatur.
Num ponit quis ignẽ in ſinu ſuo, & veſtes 27
ſuas non comburit? An verò incedit quis 28
ſuper prunas ignis, & pedes ejus non uſtulantur?
Ita qui ingreditur ad uxorẽ ſocii ſui, & 29
tangit eã, non juſtificabitur. Non mirandũ eſt 30
aliquẽ deprehẽdi furantẽ, furatur enim ut ſatiet
animã ſuã eſurientẽ. Et ſi deprehendatur 31
furans, rependet ſeptuplũ, et omnẽ ſupellectilẽ
domûs ſuæ dabit. Qui autẽ adulteratur cum 32
muliere, expers judicii eſt, & depravat animã
ſuã: Et ipſemet efficit ut tangat eũ ignominia 33
& aſſequatur illũ, & opprobriũ ejꝰ oblivioni
minimè tradatur. Nam quia furor mariti plenꝰ 34
eſt zelotypiã, non parcet in die retributionis,
Nec rationem habebit oblationis, neque 35
placabitur quantunvis magno munere.

CAP. VII.

Fili mi, cuſtodi verba mea, & præcepta 1
mea reconde in corde tuo.

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

12 13 *الانسان الغبي المتعدي السريعة يسلك طريقا ليست صالحة* فهذا يغمز بعينيه* ويدل برجله*
14 ويعلم باشارات اصابعه* بقلبه الملتوي ينشي الاسواء* فمن هذه سجيته في كل وقت ينهض
15 في المدينة هيوجا مقلقة* ولهذا السبب سيوافي هلاكه باسراع* يقطع جرمه وهشما لا شفاء له*
16 17 *لانه يسر بجميع الاشياء التي يمقتها الله* من اجل نجاسة النفس* تنسحق عين المتعظم*
18 ولسان الظالم* والايدي السافكة دما عدلا* والقلب المنشي افكار ردية* والارجل المسارعة الى
19 20 افعال الشر* الشاهد الظالم يحترق بكذبه* ويسير الى وسط الاخوة محاكات* يا بني احفظ
21 22 شرايع ابيك* ولا تبعد فرايض امك* علقها على نفسك كل حين* وتقلد بها على عنقك* اين
ما مشيت استصحبها* ولتكن معك* ومتى ما رقدت فلتحفظك* لكيما اذا نهضت تخاطبك*
23 24 *لان وصية الشريعة سراج* وطريق حياة وتوبيخ وتاديب* لتحفظك من امراة ذات رجل* ومن
25 وشاية اللسان الغريب* لا تغلبنك شهوة الجمال* ولا تقتنص بعينيك* ولا تخطفك جفونها*
26 27 *فان قيمة الزانية مقدارها خبز واحد* المراة تصطاد نفوس الرجال الكريمة* ايربط احد في
28 29 حضنه نارا وما تحترق ثيابه* ام يمشي احد على جمر النار وما تحترق رجلاه* هكذا من يدخل
30 الى امراة ذات رجل ما يتبرا* ولا كل من يلمسها* وليس مستعجبا ان صيد من سرق* لانه
31 انما يسرق ليشبع نفسا جايعة* فان قبض عليه يؤدي سبعة اضعاف ما سرق* ويعطي جميع
32 33 ما يملكه ليخلص نفسه* فاما الفاسق فمن اجل نزارة فطنته يستصنع لنفسه هلاكا* ويتكبد
34 اوجاعا وهوانا* وعاره لن يمحى الى الابد* لان غضب رجلها موعب غيرة* فما يرثي له في
35 يوم القضاء* ولا يفادي العداوة بنوع من انواع الفداء* ولا تحلها الهدايا الجزيلة*

* الفصل السابع *

1 *يا بني احفظ اقوالي* ووصاياي اخباها عندك* يا بني اكرم الرب فيتايد ويقويك*
ولا تخافن آخر غير اكثر منه*

Homo ſtolidus tranſgrediens legẽ, ambulat 12
viam non rectam: Idemq; innuit oculo 13
ſuo, & indicat pede ſuo, & ſignificat ſignis
digitorum ſuorum: In corde ſuo perverſo 14
machinatur mala, & ob hanc ſuam
conſuetudinem, ſingulis momentis excitat
in urbe ſeditiones turbulentas. Et hac de 15
cauſa adveniet perditio ejus cum feſtinatione,
abſcindetur exciſione & fracturâ in- 16
ſanabili. Quia delectatur omnibus rebus
quas abominatur Deus. Ob immunditiam
animæ Conteretur oculus ſuperbi, & 17
lingua tyranni, & manus effundentes ſanguinem
juſtum, Et cor machinans cogi- 18
tationes malas, & pedes veloces ad operandum
malum. Teſtis iniquus inceditur 19
ſuo mendacio, & inducit in medium
fratrum lites. Fili mi, cuſtodi leges patris 20
tui, & ne rejicias præcepta matris tuæ.
Appende ea ſuper animam tuam jugiter, 21
& iis circunda collum tuum. Ubicunq; 22
ambulaveris, comitare illa, & ſint tecum:
cúmque cubueris te cuſtodiant, ut cùm
ſurrexeris converſentur tecum. Quoni- 23
am mandatum legis lucerna eſt, & via
vitæ, & correptio ac diſciplina. Ut cuſto- 24
diant te à muliere habente virum, & à
calumnia linguæ alienæ. Non te vincat 25
concupiſcentia pulchritudinis, & ne capiaris
oculis tuis, nec te rapiant palpebræ
ejus: Quia pretii meretricis valor eſt pa- 26
nis unius: mulier venatur animas virorum
pretioſas. Nunquid alligat quis ſinui 27
ſuo ignem, & non comburuntur veſtimenta
ejus? Aut ambulat quis ſuper carbones 28
ignis, & non uruntur pedes ejus? Sic 29
qui ingreditur ad mulierem habentem virum,
non juſtificabitur, neq; ullus qui eam
tangit. Nec mirum eſt ſi capiatur qui 30
furatur: ſiquidem ipſe furatur ut ſaturet
animam eſurientem. Imò ſi captus fue- 31
rit, ſolvet ſeptuplum ejus quod furatus
eſt: & dabit omne quod poſſidet, ut liberet
animam ſuam. At verò adulter, ob exigui- 32
tatem judicii ſui, aſtruit animæ ſuæ
interitum. Et ſuffert dolores & deſpecti- 33
onem, & opprobrium ejus non delebitur in
æternum. Nam furor mariti ejus refertus 34
eſt zelo, ideoque non parcet ei in die ju-
dicii, Nec commutabit inimicitiam ullo 35
genere ex generibus commutationum, neq;
diſſolvent eam munera plurima.

CAP. VII.

Fili mi, ſerva ſermones meos, & præcepta 1
mea abſconde apud te. Fili mi,
honora Dominum, & confortaberis, &
corroborabit te: & ne timeas alium præter
eum, magis ipſo.

משלי: ח

nigredinem tanquam meam legem & ; vive & , mea præcepta Cuſtodi
2 שְׁמֹר מִצְוֹתַי וֶחְיֵה וְתוֹרָתִי כְּאִישׁוֹן
.tui cordis tabula *ſuper* ea ſcribe ;tuis digitis *ſuper* ea Liga .tuorũ oculorũ
3 עֵינֶיךָ׃ קָשְׁרֵם עַל־אֶצְבְּעֹתֶיךָ כָּתְבֵם עַל־לוּחַ לִבֶּךָ׃
.*vocabis* intelligentiam *notam* & : tu mea Soror , ſapientiæ Dic
4 אֱמֹר לַחָכְמָה אֲחֹתִי אָתְּ וּמֹדָע לַבִּינָה תִקְרָא׃
ſuos ſermones , extranea ab ; aliena muliere à te *cuſtodiendum Ad*
5 לִשְׁמָרְךָ מֵאִשָּׁה זָרָה מִנָּכְרִיָּה אֲמָרֶיהָ
.proſpexi *meum cancellum per* ; meæ domus *feneſtra in Quia* .*lenificavit*
6 הֶחֱלִיקָה׃ כִּי בְּחַלּוֹן בֵּיתִי בְּעַד אֶשְׁנַבִּי נִשְׁקָפְתִּי׃
.corde *carentem* juvenem *filiis in* conſideravi *: ſimplicibus in* vidi Et
7 וָאֵרֶא בַפְּתָאיִם אָבִינָה בַבָּנִים נַעַר חֲסַר־לֵב׃
.gradiebatur ejus domus *via* & ,ej⁹ angulum apud *platea in* Tranſeuntem
8 עֹבֵר בַּשּׁוּק אֵצֶל פִּנָּהּ וְדֶרֶךְ בֵּיתָהּ יִצְעָד׃
.caligine & , noctis nigredine in ; diei veſpera in , crepuſculo In
9 בְּנֶשֶׁף־בְּעֶרֶב יוֹם בְּאִישׁוֹן לַיְלָה וַאֲפֵלָה׃
.corde *ſervata &* , *meretricis* ornatu ; ejus occurſum in mulier ecce Et
10 וְהִנֵּה אִשָּׁה לִקְרָאתוֹ שִׁית זוֹנָה וּנְצֻרַת לֵב׃
.ejus pedes *habitabunt* non ſua domo in ; *declinans &* , *ipſa* Tumultuoſa
11 הֹמִיָּה הִיא וְסֹרָרֶת בְּבֵיתָהּ לֹא־יִשְׁכְּנוּ רַגְלֶיהָ׃
.*inſidiabitur* angulum omnem juxta & ; plateis in *vice* , *vico in* *Vice*
12 פַּעַם ׀ בַּחוּץ פַּעַם בָּרְחֹבוֹת וְאֵצֶל כָּל־פִּנָּה תֶאֱרֹב׃
: ei dixit & , *ſuas facies* roboravit :eũ eſt oſculata & ,eũ *in* apprehendit Et
13 וְהֶחֱזִיקָה בּוֹ וְנָשְׁקָה לּוֹ הֵעֵזָה פָנֶיהָ וַתֹּאמַר לוֹ׃
Idcirco .mea vota reddidi hodie *: me ſuper* pacificorum Victimæ
14 זִבְחֵי שְׁלָמִים עָלָי הַיּוֹם שִׁלַּמְתִּי נְדָרָי׃ 15 עַל־כֵּן
.te inveni & ,*tuas facies mane quærendum ad* : tui occurſum in ſum egreſſa
יָצָאתִי לִקְרָאתֶךָ לְשַׁחֵר פָּנֶיךָ וָאֶמְצָאֶךָּ׃
.Ægyptio fune *meiſis* ; meum lectum *adornavi Tapetibus*
16 מַרְבַדִּים רָבַדְתִּי עַרְשִׂי חֲטֻבוֹת אֵטוּן מִצְרָיִם׃
, Veni .cinnamomo & , aloë , myrrha , meum cubile *Perfudi*
17 נַפְתִּי מִשְׁכָּבִי מֹר אֲהָלִים וְקִנָּמוֹן׃ 18 לְכָה
.amoribus *in* collætemur ; manè uſque amoribus inebriemur
נִרְוֶה דֹדִים עַד־הַבֹּקֶר נִתְעַלְּסָה בָּאֳהָבִים׃
Ligamen .*longinquo* à via in abiit : ſua domo in vir non Quia
19 כִּי אֵין הָאִישׁ בְּבֵיתוֹ הָלַךְ בְּדֶרֶךְ מֵרָחוֹק׃ 20 צְרוֹר
.ſuam domum veniet *temporis ſtatuti* diem ad : ſua manu in tulit argenti
הַכֶּסֶף לָקַח בְּיָדוֹ לְיוֹם הַכֵּסֶא יָבֹא בֵיתוֹ׃
ſuorum labiorũ lenitate *in : ſuæ captationis* multitudine *in* eũ fecit Declinare
21 הִטַּתּוּ בְּרֹב לִקְחָהּ בְּחֵלֶק שְׂפָתֶיהָ
: *veniet lanienam* ad bos veluti , ſtatim eam poſt *Vadens* .eum compulit
22 תַּדִּיחֶנּוּ׃ הוֹלֵךְ אַחֲרֶיהָ פִּתְאֹם כְּשׁוֹר אֶל־טָבַח יָבֹא
ſagitta ſcindat Donec .ſtulti caſtigationem ad compes ſicut &
וּכְעֶכֶס אֶל־מוּסַר אֱוִיל׃ 23 עַד יְפַלַּח חֵץ
ſuâ animâ *ii* quòd *novit non* & : laqueum ad *avem feſtinare ut* ,ejus jecur
כְּבֵדוֹ כְּמַהֵר צִפּוֹר אֶל־פָּח וְלֹא־יָדַע כִּי־בְנַפְשׁוֹ
.mei oris eloquiis attendite & ; mihi parete , filii nunc Et .*ipſe*
24 הוּא׃ וְעַתָּה בָנִים שִׁמְעוּ־לִי וְהַקְשִׁיבוּ לְאִמְרֵי־פִי׃
.ejus ſemitis in erres ne : tuum cor ejus vias ad declinet Ne
25 אַל־יֵשְׂטְ אֶל־דְּרָכֶיהָ לִבֶּךָ אַל־תֵּתַע בִּנְתִיבוֹתֶיהָ׃
.ejus occiſi omnes fortes & , fecit cadere *vulneratos* multos Nam
26 כִּי־רַבִּים חֲלָלִים הִפִּילָה וַעֲצֻמִים כָּל־הֲרֻגֶיהָ׃
.mortis *penetralia* ad deſcendentes : ejus domus *ſepulchri* Viæ
27 דַּרְכֵי שְׁאוֹל בֵּיתָהּ יֹרְדוֹת אֶל־חַדְרֵי־מָוֶת׃

CAP. VIII. ח

? ſuam vocem *dabit* intelligentia & ; *clamabit* ſapientia Nonne
1 הֲלֹא־חָכְמָה תִקְרָא וּתְבוּנָה תִּתֵּן קוֹלָהּ׃

Verſio VULG. LAT.

2 Serva mandata mea; & vives:
& legem meam quaſi pupillam
3 oculi tui: Liga eam in digitis
tuis, ſcribe illam in tabulis
4 cordis tui. Dic ſapientiæ, Soror
mea es: & prudentiam
5 voca amicam tuam, Ut cuſtodiat
te à muliere extranea, &
ab aliena, quæ verba ſua dulcia
6 facit. De feneſtra enim
domûs meæ per cancellos
7 proſpexi, Et video parvulos,
conſidero vecordem juvenem,
8 Qui tranſit per plateam juxta
angulum, & prope viam domûs
9 illius, graditur In obſcuro,
adveſperaſcente die, in
noctis tenebris, & caligine.
10 Et ecce occurrit illi mulier ornatu
meretricio, præparata ad
capiendas animas: garrula &
11 vaga, Quietis impatiens, nec
valens in domo conſiſtere pedibus
12 ſuis, Nunc foris, nunc
in plateis, nunc juxta angulos
13 inſidians. Apprehenſúmque
deoſculatur juvenem, & procaci
vultu blanditur, dicens;
14 Victimas pro ſalute vovi, hodiè
15 reddidi vota mea. Idcircò
egreſſa ſum in occurſum tuum,
deſiderans te videre, &
16 reperi. Intexui funibus lectulum
meum, ſtravi tapetibus
17 pictis ex Ægypto. Aſperſi cubile
meum myrrhâ, & aloe,
18 & cinnamomo. Veni, inebriemur
uberibus, & fruamur cupitis
amplexibus, donec illuceſcat
19 dies: Non eſt enim vir
in domo ſua, abiit viâ longiſſimâ.
20 Sacculum pecuniæ ſecum
tulit: in die plenæ lunæ
reverſurus eſt in domum ſuam.
21 Irretivit eum multis ſermonibus,
& blanditiis labiorum
22 protraxit illum. Statim eam
ſequitur quaſi bos ductus ad
victimam, & quaſi agnus laſciviens,
& ignorans quòd ad
23 vincula ſtultus trahatur, Donec
transfigat ſagitta jecur
ejus: velut ſi avis feſtinet ad
laqueum, & neſcit quòd de
periculo animæ illius agitur.
24 Nunc ergò, fili mi, audi me,
25 & attende verbis oris mei. Ne
abſtrahatur in viis illius mens
tua: neque decipiaris ſemitis
26 ejus. Multos enim vulneratos
dejecit, & fortiſſimi quique
27 interfecti ſunt ab ea. Viæ
inferi domus ejus, penetrantes
in interiora mortis.

CAP. VIII.

1 NUmquid non ſapientia clamitat, & prudentia dat vocem ſuam?

Verſio GRÆCA LXX. Interp.
Cum Tranſlatione LATINA.

2 † Φύλαξον ἐμὰς ἐντολὰς καὶ βιώσῃς,
† τοὺς δὲ ἐμοὺς λόγους ὥσπερ κόρας ὀμμάτων.
3 † (α) Περίθου δὲ αὐτοὺς σοῖς
δακτύλοις, † ἐπίγραψον δὲ ἐπὶ τὸ πλάτος
4 τῆς καρδίας σου. † Εἶπον τὴν σοφίαν
σὴν ἀδελφὴν εἶναι, † τὴν δὲ φρόνησιν γνώριμον
5 περιποίησαι σεαυτῷ· Ἵνα σε τηρήσῃ
ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας καὶ πονηρᾶς, †
ἐάν σε λόγοις τοῖς πρὸς χάριν ἐμβάλληται.
6 † Ἀπὸ γὰρ θυρίδος ἐκ τοῦ οἴκου αὐτῆς εἰς
7 τὰς πλατείας παρακύπτουσα, Ὃν ἂν ἴδῃ τῶν
ἀφρόνων τέκνων νεανίαν ἐνδεῆ φρενῶν, †
8 Παραπορευόμενον παρὰ γωνίαν ἐν διόδοις
9 οἴκων αὐτῆς, † καὶ λαλοῦντα Ἐν σκότει ἑσπερινῷ,
† ἡνίκα ἂν ἡσυχία νυκτερινὴ καὶ
10 (β) γνοφώδης, † Ἡ δὲ γυνὴ συναντᾷ αὐτῷ,
εἶδος ἔχουσα πορνικόν, † ἣ ποιεῖ νέων ἐξίπτασθαι
καρδίας. † ἀνεπτερωμένη δέ ἐστι
11 καὶ ἄσωτος, † Ἐν οἴκῳ δὲ οὐχ ἡσυχάζουσιν
12 οἱ πόδες αὐτῆς. † Χρόνον γάρ τινα ἔξω
ῥέμβεται, † χρόνον δὲ ἐν πλατείαις παρὰ
13 πᾶσαν γωνίαν ἐνεδρεύει. † Εἶτα ἐπιλαβομένη
ἐφίλησεν αὐτόν, † ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ
14 προσεῖπεν αὐτῷ, † Θυσία εἰρηνική
μοι ἐστί, † Σήμερον ἀποδίδωμι τὰς εὐχάς
15 μου. † Ἕνεκα τούτου ἐξῆλθον εἰς συνάντησίν
(γ) σοι, † ποθοῦσα τὸ σὸν πρόσωπον,
16 εὕρηκά σε. † Κειρίαις τέτακα
τὴν κλίνην μου, † ἀμφιτάποις δὲ ἔστρωκα
17 τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου. † Διέρραγκα τὴν
κοίτην μου (δ) κροκίνῳ, † τὸν δὲ οἶκόν
18 μου κινναμώμῳ. † Ἐλθὲ, καὶ ἀπολαύσωμεν
φιλίας ἕως ὄρθρου, † δεῦρο καὶ ἐγκυλισθῶμεν
19 ἔρωτι. † Οὐ γὰρ πάρεστιν ὁ
ἀνήρ μου ἐν οἴκῳ, † πεπόρευται δὲ ὁδὸν
20 μακράν, † Ἔνδεσμον ἀργυρίου λαβὼν
ἐν χειρὶ αὐτοῦ, † δι' ἡμερῶν πολλῶν
21 ἐπανήξει εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. † Ἀπεπλάνησε
δὲ αὐτὸν πολλῇ ὁμιλίᾳ, βρόχοις †
τοῖς ἀπὸ χειλέων ἐξώκειλεν αὐτόν. †
22 Ὁ δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ (ε) κεπφωθείς·
† ὥσπερ δὲ βοῦς ἐπὶ σφαγὴν ἄγεται, †
23 καὶ ὥσπερ κύων ἐπὶ δεσμοὺς, † Ἢ ὡς ἔλαφος
τοξεύματι πεπληγὼς εἰς τὸ ἧπαρ. †
σπεύδει δὲ ὥσπερ ὄρνεον εἰς παγίδα, † οὐκ
24 εἰδὼς ὅτι περὶ ψυχῆς τρέχει. † Νῦν οὖν
υἱὲ ἄκουέ μου, † καὶ πρόσεχε (ζ) ῥήμασι στόματός
25 μου. † Μὴ ἐκκλινάτω εἰς τὰς ὁδοὺς
26 αὐτῆς ἡ καρδία (η) σου, † Πολλοὺς γὰρ
τρώσασα καταβέβληκε, † καὶ ἀναρίθμητοί
27 εἰσιν οὓς πεφόνευκεν. † Ὁδοὶ ᾅδου ὁ οἶκος
αὐτῆς, † κατάγουσαι (θ) εἰς τὰ ταμεῖα τοῦ θανάτου.

MS. A. (α) Περίθου* αὐτοῖς σοῖς δακτύλοις, (β) γνόφος, (γ)* μου, (δ) κρόκῳ, (ε) κεπφωθεὶς· (ζ) ῥῆσιν (η) σου, † καὶ μὴ πλανηθῇς ἐν ἀτραποῖς αὐτ. Πολλοὺς (θ) εἰς ταμιεῖα

ΚΕΦ. η'.

1 † Σὺ τὴν σοφίαν κηρύξεις, ἵνα φρόνησίς σοι ὑπακούσῃ.

Cuſtodi mea mandata (& (b) vives,) & meos ſermones 2
tanquàm pupillas oculorum.
(c) Circumpone autem illos 3
tuis digitis: inſcribe autem ſuper
latitudinem (d) cordis tui. Dic 4
ſapientiam (e) tuam ſororem
eſſe: & (f) prudentiam notam
redde tibi: ut te ſervet 5
à muliere aliena, & mala;
(g) ſi te ſermonibus, qui ad gratiam,
adorta fuerit. De feneſtra 6
enim è domo ſua in plateas proſpiciens,
Quemcunque viderit 7
inſipientum filiorum adoleſcentem
inopem cordis, Prætereuntem 8
(h) juxta angulum in tranſitibus
domorum ſuarum, & loquentem
In tenebris veſpertinis, 9
ſimulac quies nocturna, & caliginoſa;
Et verò mulier occurrit 10
ei, (i) ſpeciem habens meretriciam,
quæ facit juvenum volare
corda: (k) vaga autem eſt, &
(l) luxurioſa, Et in domo non 11
quieſcunt pedes ejus. Interdum 12
enim foràs circumvertitur: interdum
verò in plateis apud omnem
angulum inſidiatur. Deinde apprehendens 13
oſculata eſt eum, & (m)
impudenti facie alloquitur eum;
Sacrificium pacificum mihi eſt, 14
hodiè reddo vota mea. Hâc ex 15
cauſa progreſſa ſum obviàm tibi,
deſiderans tuam faciem inveni te.
(n) Inſtitis texui lectum meum: & 16
(o) tapetibus ab Ægypto ſtravi.
(p) Aſperſi cubile meum croco, 17
& domum meam cinnamomo.
Veni, & (q) fruamur amicitiâ 18
uſque in diluculum: Veni, &
(r) colluctemur cupidine. Non 19
enim adeſt vir meus in domo, abiit
autem viam longam, (ſ) Involucro 20
pecuniæ accepto in manu
ſua: (t) per dies multos redibit
in domum ſuam. (u) Seduxit 21
autem eum multâ (x) colloquutione,
& laqueis qui ex labiis, (y)
attraxit eum. Ipſe autem obſequutus 22
eſt ei (z) infatuatus: & tanquàm
bos ad mactationem agitur,
& tanquàm canis (ω) ad vincula,
Aut tanquàm cervus ſagittâ 23
(aa) vulneratus in jecore. Feſtinat
autem tanquàm avis in laqueum,
neſciens, quia pro anima
currit. Nunc igitur, fili, audi me, 24
& intende verbis oris mei. Non 25
declinet in vias ejus cor (bb) tuum.
Multos enim vulnerando 26
dejecit: et (cc) innumerabiles ſunt,
quos trucidavit. Via inferorum 27
domus ejus, deducentes in ſeceſſus
mortis.

CAP. VIII.

Tu (a) ſapientiam prædicabis, 1
ut prudentia tibi obediat.

תרגום TARGUM.

2 נְטַר פִּקּוּדַי וֶחְיֵה וְנִימוֹסַי הֵיךְ בַּבְתָּא דְעַיְנָא׃ קְטוֹר אִנּוּן עַל אֶצְבְּעָתָךְ כְּתוֹב אִנּוּן עַל
3 לוּחַ דְּלִבָּךְ׃ 4 אֱמַר לְחָכְמְתָא אֲחָתִי אַנְתְּ וּמוֹדַעְתָּא קְרִי לְבִיוּנְתָּא׃ דְּנִנְטְרָךְ מִן אִתְּתָא
5 חִילוֹנִיתָא וּמִן נוּכְרֵיתָא דְּשַׁעְיָן מִלְּהָא׃ מְטוּל דְּמִן כַּוְיָא וְעַרְתָּא דְבֵיתִי אַדְקֵית וּמִן
6 חַרַכִּין דְּדִירָא׃ 7 וַחֲזֵית בְּשַׁבְרֵי וְאִסְתַּכְּלֵית בְּטַלָאֵי וְתַמְהֵית בְּחַסִּיר רַעְיוֹנָא׃ עָבֵר
8 בְּשׁוּקָא לְקֳבֵל פִּנְּתָא וּבְאָרְחָא דְבֵיתָא מְהַלֵּךְ׃ 9 בְּרַמְשָׁא בְּמַעֲרַב יוֹמָא בַּחֲשׁוֹכָא
10 דְּלֵילְיָא וּבַחֲכִירָה׃ וְהָא אִתְּתָא לְאוּרְעֵיהּ בְּאַסְכֵּמָא דְזָנִיתָא דְּמַפְרְדָא לִבָּא דְעוּלֵימֵי׃
11 וּמַרְדְּתָא הִיא וּפְרִידְתָּא בְּבֵיתָא לָא שָׁכְנָן רִגְלָהָא׃ 12 בְּעִדָּנָא בְּשׁוּקֵי בְּעִדָּנָא בִּשְׁקָקֵי
13 וְלִקְבֵל כָּל פִּנְּתָה דְּיָאֵיָא כְּמְנָא׃ וְאַתְקְפַת בֵּיהּ וְנַשְּׁקָתֵיהּ וְאַחְצִיפַת אַפָּהָא וַאֲמַרַת לֵיהּ׃
14 דִּבְחֵי דְקֻרְבָּנֵי עֲלַי יוֹמָנָא שַׁלְמֵית נִדְרַי׃ 15 מְטוּל הָכְנָא נִפְקֵית לְאוּרְעָךְ דְּמַפְכָּא הֲוֵית
16 לְרַגְשָׁא וַאֲמַרִית אֲדַבְּרִנָּךְ׃ בְּתַשְׁוִיתָא שַׁוֵּית עַרְסִי וּבְקִרְמָא קִרְמְתָא מִצְרָאָה׃
17 רַסֵּית עַל עַרְסִי מוֹרָא וְכוּרְקְמָא וְקוּנָמָא׃ 18 תָּא נִתְבַּסַּם בְּרַחְמְתָא עַד צַפְרָא וְנֶעֱסַק
19 חַד לְחַד בִּרְגְּנָתָא׃ דְּגַבְרָא לֵית הוּא בְּבֵיתָא אֲזַל בְּאוֹרַח רְחִיקָא׃ 20 צְרָרָא דְכַסְפָּא
21 נְסַב בִּידֵיהּ וּלְיוֹמָא דְעִדָּא אָתֵי לְבֵיתֵיהּ׃ וְאַטְעֲיָתֵיהּ בְּסוּגְיָא דְמִלְּהָא וּבְשַׁעְיוּתָא
22 דְסִפְוָתָהָא תְּפַתֵּיהּ׃ וְהוּא אָזֵל בַּתְרָהָא שְׁלָיְאִית הֵיךְ תּוֹרָא דְאָזֵיל לְוָת טַבָּחָא וְהֵיךְ
23 כַּלְבָּא לְאַסּוּרָא׃ וְהֵיךְ אַיְלָא דְּמַפְרִיחַ גִּירָא בְּכַבְדֵּיהּ וּמִסְתַּרְהַב הֵיךְ צִפְּרָא לְוָת פּוּחָא
24 וְלָא יָדַע דִּלְמוֹתָא דְנַפְשֵׁיהּ אָזֵיל׃ וְהַשְׁתָּא בְנַיָּא שְׁמַעוּן לִי וַאֲצִיתוּ לְמֵימְרֵי דְפוּמִי׃
25 לָא יִסְטֵי לִבָּךְ לְאָרְחָתָהָא וְלָא תִטְעֵי בִּשְׁבִילָהָא׃ 26 מְטוּל דְּסַגִּיעֵי קְטִילַיָּא אַפֵּלַת
27 וְעַשִּׁינִין כּוּלְּהוֹן קְטִילָהָא׃ אָרְחָתָא דִשְׁיוֹל בֵּיתָהּ נָחֲתָן לְקִיטוֹנֵי דְקִבְרָא׃

ח

1 מְטוּל הָכְנָא חָכְמְתָא תִקְרָא וּבִיוּנָה תְּרִמֵי קָלָהּ׃

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

Cuſtodi præcepta mea, & vive; & leges meas ſicut pupillam oculi tui. 2
Liga ea ſuper digitos tuos; ſcribe ea ſuper tabula cordis tui. Dic ſapientiæ: 3
Soror mea es: & cognatam voca prudentiam. Ut cuſtodiat te 4
à muliere extranea, & ab aliena, cujus blandi ſunt ſermones. Quoniam 5
per feneſtras parvas domus meæ proſpexi, & per cancellos habitaculi. 6
Et vidi inſipientes, & conſideravi juvenes, & admiratus ſum deficientem 7
intellectu, Tranſeuntem per plateam contra angulum, & via domus 8
ejus ambulantem; Veſperi, in occaſu diei, in tenebris noctis, & in 9
caligine. Et ecce mulier in occurſum ejus in ornatu meretricis, quæ aufert 10
cor juvenum. Prævaricatríxque eſt & vaga: in domo ſua non morantur 11
pedes ejus. Nunc foris, nunc in plateis, & contra omnem angulum 12
opportunum inſidiatur. Et apprehendit eum & oſculatur illum, 13
& impudenti facie dicit ei: Sacrificia oblationum [*habeo*] ſuper me: hodie 14
reddidi vota mea. Propterea egreſſa ſum in occurſum tuum, quippe 15
me vertens ad quærendam ſocietatem; & dixeram me te adducturam.
In ſtratis poſui lectulum meum, & in tapetibus pictis de Ægypto. 16
Aſperſi cubile meum myrrha & aloë & cinnamomo. Veni jucundemur 17
amoribus uſque manè, & mutuò adhæreamus deſideriis. Non eſt enim 18
vir in domo ſua; abiit in via longinqua. Sacculum argenti tulit in 19
manu ſua, & in die congregationis veniet ad domum ſuam. Seduxit itaque 20
eum in multitudine verborum ſuorum, & in blanditie labiorum 21
ſuorum decepit eum. Et ipſe vadit poſt eam confeſtim ſicut bos qui vadit 22
ad macellum, & ſicut canis ad vinculum. Et ſicut cervus in cujus jecur 23
volat ſagitta, & feſtinat ſicut *paſſer* ad laqueum, & neſcit quòd tendat
ad mortem animæ ſuæ. Et nunc filii audite me, & auſcultate verba 24
oris mei. Ne deflectat cor tuum ad vias ejus, nec decipiaris in ſemitis 25
illius. Quoniam multos interfectos dejecit, & fortes ſunt omnes interfecti 26
ejus. Viæ inferni eſt domus ejus, deſcendentes ad cubicula ſepulturæ. 27

CAP. VIII.

PRopterea ſapientia clamat, & prudentia elevat vocem ſuam. 1

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 * ܛܪ ܦܘܩܕܢܝ ܘܚܝܝ. ܘܢܡܘܣܝ ܐܝܟ ܒܒܬܐ ܕܥܝܢܐ.* ܩܛܘܪ ܐܢܘܢ ܒܨܘܪܟ. ܘܟܬܘܒ ܐܢܘܢ
3 4 ܥܠ ܠܘܚܐ ܕܠܒܟ.* ܘܐܡܪ ܠܚܟܡܬܐ ܚܬܝ ܐܢܬܝ. ܘܠܣܘܟܠܐ ܩܪܝ ܡܝܕܥܐ.* ܕܬܛܪܟ
5 ܡܢ ܐܢܬܬܐ ܢܘܟܪܝܬܐ ܕܡܫܥܒܕܢ ܡܠܝܗ.* ܡܛܠ ܕܡܢ ܟܘܬܐ ܕܒܝܬܗ ܘܡܢ ܟܘܫܟܪܝܗ
6 7 ܕܘܩܬ.* ܘܚܙܬ ܛܠܝܐ. ܘܐܣܬܟܠܬ ܥܠܝܡܐ ܘܚܣܝܪܝ ܪܥܝܢܐ.* ܕܥܒܪܝܢ ܒܫܘܩܐ. ܘܠܘܬ ܓܒܐ
8 9 ܕܙܘܝܬܐ ܕܫܒܝܠܝ ܒܝܬܗ.* ܒܪܡܫܐ ܡܥܪܒ ܫܡܫܐ : ܒܚܫܘܟܐ ܕܠܠܝܐ ܘܒܥܪܦܠܐ.
10 * ܘܢܦܩܬ ܐܢܬܬܐ ܠܐܘܪܥܗ ܒܐܣܟܡܐ ܕܙܢܝܬܐ. ܕܡܦܪܚܐ ܠܒܘܬܐ ܕܥܠܝܡܐ.* ܘܡܦܪܚܢܝܬܐ
11 12 ܘܦܚܙܬܐ. ܘܒܒܝܬܗ ܠܐ ܫܠܝܢ ܪܓܠܝܗ.* ܐܠܐ ܙܒܢܝܢ ܠܒܪ ܗܘܝܢ. ܘܙܒܢܝܢ ܒܫܘܩܐ
13 ܘܒܙܘܝܬܐ ܟܡܢܐ.* ܘܐܚܕܬܗ ܘܢܫܩܬܗ. ܘܒܐܦܝܗ ܚܨܝܦܬܐ ܘܐܡܪܐ ܠܗ.* ܕܒܚܐ ܐܝܬ ܠܝ
14 15 ܫܠܡܐ. ܝܘܡܢܐ ܦܪܥܬ ܢܕܪܝ.* ܡܛܠ ܗܢܐ ܢܦܩܬ ܠܐܘܪܥܟ. ܕܪܓܝܓܐ ܗܘܝܬ ܠܡܚܙܝܟ.
16 ܘܐܫܟܚܬܟ.* ܒܬܫܡܝܫܬܐ ܦܪܣܬ ܥܪܣܝ. ܘܟܣܝܬܗ ܒܡܪܒܕܐ ܡܨܪܝܐ.* ܘܙܠܚܬ ܠܗ ܥܪܣܝ
17 18 ܡܘܪܐ ܘܥܘܕܐ ܘܩܘܢܡܐ.* ܬܐ ܢܬܦܢܩ ܒܪܚܡܬܐ ܥܕܡܐ ܠܨܦܪܐ. ܘܢܬܚܒܩ ܚܕ ܥܡ
19 ܚܕ ܒܪܓܝܓܬܐ.* ܠܐ ܗܘܐ ܓܒܪܝ ܒܒܝܬܐ. ܐܙܠ ܠܗ ܒܐܘܪܚܐ ܪܚܝܩܬܐ.* ܘܨܪܪܐ ܕܟܣܦܐ ܢܣܒ
20 21 ܒܐܝܕܗ. ܘܠܝܘܡܬܐ ܗܘ ܣܓܝܐܐ ܐܬܐ ܠܒܝܬܗ.* ܘܐܛܥܝܬܗ ܒܣܘܓܐܐ ܕܡܠܝܗ. ܘܒܫܘܥܒܕ
22 ܣܦܘܬܗ ܐܓܪܬܗ.* ܘܗܘ ܐܙܠ ܗܘܐ ܒܬܪܗ ܐܝܟ ܛܠܝܐ. ܘܐܝܟ ܬܘܪܐ ܕܐܙܠ ܠܢܟܣܬܐ
23 ܘܐܝܟ ܟܠܒܐ ܠܐܣܘܪܐ.* ܘܐܝܟ ܐܝܠܐ ܕܡܚܝܐ ܓܐܪܐ ܒܟܒܕܗ. ܘܡܣܪܗܒ ܐܝܟ
24 ܦܪܚܬܐ ܠܦܚܐ. ܘܠܐ ܝܕܥ ܕܠܡܘܬܐ ܗܘ ܕܢܦܫܗ ܐܙܠ.* ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܢܝ ܫܡܥܘܢܝ. ܘܨܘܬܘ
25 ܠܡܠܐ ܕܦܘܡܝ.* ܠܐ ܢܣܛܐ ܠܒܟ ܠܐܘܪܚܬܗ. ܘܠܐ ܬܛܥܐ ܒܫܒܝܠܝܗ.* ܡܛܠ
26 27 ܕܣܘܓܐܐ ܕܩܛܝܠܐ ܐܪܡܝܬ. ܘܚܣܝܢܝܢ ܟܠܗܘܢ ܡܩܛܠܢܝܗ.* ܐܘܪܚܬܐ ܕܒܝܬܗ. ܐܘܪܚܬܐ ܐܝܢܝܢ
ܕܫܝܘܠ. ܕܢܚܬܢ ܠܬܘܢܝ ܕܡܘܬܐ.

* ܫܠܡ * ܙ *

1 * ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܚܟܡܬܐ ܐܟܪܙ. ܘܣܘܟܠܐ ܢܥܢܝܟ.

Serva mandata mea, & vives, & leges meas 2
ceu pupillam oculi. Alligato ea collo tuo, et 3
inſcribito illa tabulis cordis tui. Et dicito 4
ſapientiæ, Soror mea tu es: & prudentiam
vocato intellectum: Ut cuſtodiat te à mu- 5
liere peregrina, cujus adulatoria ſunt verba.
Nam de feneſtra domûs ſuæ, & de cancellis 6
proſpexit, Viditque pueros, & contemplata 7
eſt adoleſcentes, & expertes judicio, Præter- 8
euntes per plateam, & ad latus angulorum
ſemitarum domûs ſuæ, Veſpere, ad occaſum 9
ſolis, in tenebris nocturnis & in caligine: Et 10
egreſſa eſt mulier in occurſũ ejus, ornatu me-
retricio, divellens cor juvenum, Petulans ac 11
laſciviens, cujus pedes domi ſuæ non quie-
ſcunt, Sed modò foras vagantur, & modò in 12
plateis & angulis inſidiatur. Et apprehendit 13
eum, & deoſculata eſt illum, & procaci vultu
dixit ei, Victimæ ſunt pacificæ, hodiè reddi- 14
di vota mea. Propterea egreſſa ſum in occur- 15
ſum tuum, quoniam optabam te videre, & in-
veni te. Stragulo inſtruxi lectum meum, & 16
ſtromatibus Ægyptiis operui: Et aſperſi cu- 17
bile meum myrrhâ, & aloe, & cynnamomo.
Veni oblectemur amore in craſtinum uſque, 18
& amplectamur alter alterũ cum delectatio-
ne. Non eſt enim domi vir meus, abiit in viã 19
longinquam. Et ligamen argenti ſumpſit ma- 20
nu ſuâ, & poſt dies multos venturus eſt in do-
mum ſuam. Igitur ſeduxit eum copiâ verbo- 21
rum ſuorum, & blanditiis labiorũ ſuorum al-
lexit eum ad ſe. Et ipſe abiit poſt eam quaſi 22
infans, & quaſi bos vadens ad lanienã, & ve-
lut canis ad vinculum, Et tanquã cervus cu- 23
jus jecur transfixum eſt ſagittâ: & feſtinat ve-
lut animal alatum ad laqueum, & ignorat ad
mortẽ animæ ſuæ ſe pergere. Nunc ergò filii 24
audite me, & attendite verbis oris mei. Ne 25
flectatur cor tuum ad vias ejus, neque oberres
in ſemitis ejus. Quia copiam occiſorũ pro- 26
ſtravit, & *quidem* fortiſſimi ſunt omnes quos
necavit. Viæ domûs ejus, viæ ſunt inferi, 27
deſcendentes ad penetralia mortis.

CAP. VIII.

PRopterea ſapientiam altâ voce inclama, 1
& intelligentia reſpondebit tibi.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

2 3 * احفظ وصاياي فتحيا * واقوالي كحدقتي عينيك * اجعلها في اصابعك * واكتبها في عرض
4 5 قلبك * قل للحكمة ان تكون اختك * واصطنع الفطنة لنفسك اخص ممن تعرفه * لتحفظك من
6 امراة غريبة وخبيثة * ان طارحتك باقوال تختلسك بحسنها * لانها من نافذة بيتها تتلبث
7 8 مستشرفة الي الشوارع * فمن تبصره من الاولاد الجهال شابا ماشيا ينقص عقلين * عند عطفة
9 10 موارد بيتها متكلما * في الظلام المسائي حين يكون السكوت الليلي والقتامي * تلتقيه الامراة
11 متخذة نوعا ريائيا التي تجعل قلوب الاحداث طائرة * لانها مستطيرة ونهمة * ورجلاها ما يسكنان
12 13 في منزلها * تطمح مدة ما خارج بيتها * تكمن حينا في الشوارع عند كل زاوية * ثم اذا تناولته
14 15 قبلته وناجته بوقاحة وجه * هذه ذبيحة سلامية عندي * اليوم اقضي نذوري * لهذا خرجت
16 الي استقبالك تابعة الي وجهك فوجدتك * قد شددت سريري بقمط الكتان * وفرشته بالمطارح
17 واللحف التي من مصر * قد نضحت على مضجعي الزعفران * ورششت بيتي بقصب الذرير *
18 19 * هلم نتمتع بمتع المحبة الي السحر * تعال نتقلب بعشق * فان رجلي ليس في المنزل حاضرا *
20 قد ذهب في طريق بعيدة * واخذ بيده صرة دراهم * بعد ايام كثيرة يعود الي منزله *
21 22 * فاستطلته بالحديث الكثير المتصل * وادهشته بالمواثق من شفتيها * فاستطار لشي فارغ *
23 وتبعها كثور يساق الي الذبح * او مثل كلب يساق الي الساجور * او مثل ايل مجروح في
24 كبده بسهم رشقه * يسارع كالطائر الي الفخ * غير عالم انه في هلاك نفسه يسعي * فالان يا
25 بني اسمعني * واصغ الي اقوال فمي * لا يجنحن قلبك الي طرقها * ولا تظلن في مناهجها *
26 27 * فانها قد جرحت كثيرين وافترستهم * ولم يحص عدد الذين قتلتهم * بيتها هو طرق
الجحيم * تحدر الي مطابق الموت *

* الفصل الثامن *

1 * انت تشدد بالحكمة لتعطيك الفطنة *

Cuſtodi manda'a mea, & vives, & ſer- 2
mones meos quaſi pupillam oculorum tu-
orum. Pone eos in digitis tuis, & ſcribe eos 3
in meditullio cordis tui. Dic ſapientiæ ut 4
ſit ſoror tua, & fac prudentiam animæ
tuæ magis familiarem quocunque tibi no-
to. Ut cuſtodiat te à muliere aliena & 5
malignâ, ſi jaculetur in te ſermones qui te
furentur venuſtate ſuâ. Nam de feneſtra 6
domûs ſuæ cunctatur proſpiciens in pla-
teas: Et quem viderit de pueris ſtultis ju- 7
venem ambulantem, carentem prudentiâ,
Prope flexum viarum domûs ſuæ, loquen- 8
tem: In tenebris veſpertinis dum fuerit ſi- 9
lentium nocturnum & tenebroſum, Oc- 10
currit ei mulier ſpeciẽ præ ſe ferens emen-
titam, quæ facit corda juvenum volantia.
Quoniam ipſa volatica eſt & libidinoſa, 11
& pedes ejus non conſiſtunt domi ſuæ:
9 אמר כה אמר אדני יהוה תצלח הלוא את־שרשיה
frondes omnes , arescet & , excidet ejus fructum & , evellet
ינתק ואת־פריה יקוסס ויבש כל־טרפי
,multo populo in &,grandi brachio in non & , arescet ejus germinis
צמחה תיבש ולא בזרוע גדולה ובעם רב
?prosperabitur nūquid plantata ecce Et?suis radicibꝰ à eam tollendum ad
10 למשאות אותה משרשיה: והנה שתולה התצלח
? siccando siccabitur , orientalis ventus eam in tangere juxta Nonne
הלא כגעת בה רוח הקדים תיבש יבש
,me ad Domini verbum fuit Et .arescet sui germinis lineis In
11 על־ערגת צמחה תיבש: ויהי דבר־יהוה אלי
cognovistis Nonne : rebellionis domum ad nunc Dic : dicendo
12 לאמר: אמר־נא לבית המרי הלא ידעתם
cepit & , Jerusalaim Babel rex venit Ecce : Dic ? hæc quid
מה־אלה אמר הנה־בא מלך־בבל ירושלם ויקח את־
.Babel in se ad eos adduxit & ; ejus principes & , ejꝰ regem
מלכה ואת־שריה ויבא אותם אליו בבלה:
induxit & : fœdus eo cum excidit & , regni semine de tulit Et
13 ויקח מזרע המלוכה ויכרת אתו ברית ויבא
existendum Ad .cepit terræ arietes & , jusjurandum in eum
14 אתו באלה ואת־אילי הארץ לקח: להיות
,ejus pactum custodiendum ad , se elevare non pro , humile regnum
ממלכה שפלה לבלתי התנשא לשמר את־בריתו
,Ægyptum suos nuntios mittendo ,eā contra rebellavit Et .ei astandum ad
15 לעמדה: וימרד־בו לשלח מלאכיו מצרים
? prosperabitur nunquid : multum populum & , equos sibi dandum ad
לתת־לו סוסים ועם־רב היצלח
? effugiet & ,pactum irritavit & ? hæc faciens evadet nunquid
הימלט העשה אלה והפר ברית ונמלט:

Versio VULG. LAT.

CAP. XVII.

1 ET factum est verbum Domini
2 ad me, dicens; Fili hominis, pro-
pone ænigma, & narra parabo-
3 lam ad domum Israel, Et dices;
Hæc dicit Dn̄s Deus; Aquila
grandis magnarum alarū, longo
membrorū ductu, plena plumis,
& varietate, venit ad Libanum,
4 & tulit medullam cedri. Summi-
tatem frondium ejus avulsit: &
transportavit eam in terram
Chanaan, in urbe negotiatorum
5 posuit illam. Et tulit de semine
terræ, & posuit illud in terra
pro semine, ut firmaret radicem
super aquas multas: in superficie
6 posuit illud. Cúmque germinás-
set, crevit in vineam latiorem
humili staturâ, respicientibus
ramis ejus ad eam: & radices
ejus sub illa erant, facta est ergò
vinea, & fructificavit in palmi-
7 tes, & emisit propagines. Et
facta est aquila altera grandis,
magnis alis, multísque plumis:
& ecce vinea ista quasi mittens
radices suas ad eam, palmites
suos extendit ad illam, ut irriga-
ret eam de areolis germinis sui.
8 In terra bona sup aquas multas
plantata est: ut faciat frondes,
& portet fructum, ut sit in vi-
9 neam grandem. Dic; Hæc dicit
Dn̄s Deus; Ergóne prospera-
bitur? nónne radices ejus e-
vellet, & fructus ejus distringet,
et siccabit omnes palmites ger-
minis ejus, & arescet: & non in
brachio grandi, neque in populo
multo, ut evelleret eam radici-
10 tús? Ecce plantata est: ergóne
prosperabitur? nónne cùm te-
tigerit eam ventus urens siccabi-
tur, & in areis germinis sui are-
11 scet? Et factum est verbum Do-
12 mini ad me, dicens; Dic ad
domum exasperantem; Nescitis
quid ista significent? Dic; Ecce
venit rex Babylonis in Jerusa-
lem: & assumet regem, & prin-
cipes ejus, & adducet eos ad
13 semetipsum in Babylonem. Et
tollet de semine regni, feriétque
cum eo fœdus: & ab eo acci-
piet jusjurandum: sed & fortes
14 terræ tollet, Ut sit regnum hu-
mile, & non elevetur, sed custo-
diat pactum ejus, & servet illud.
15 Qui recedens ab eo misit nun-
tios ad Ægyptum, ad daret sibi
equos, & populū multū. Num-
quid prosperabitur, vel conse-
quetur salutem qui fecit hæc?
& qui dissolvit pactum, num-
quid effugiet?

Versio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Translatione LATINA.

ΚΕΦ. ιζʹ.

1 ΚΑὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς μὲ, λέ-
2 γων, Υἱὲ ἀνθρώπου, διήγησαι διήγημα,
καὶ εἰπὸν παραβολὴν πρὸς τὸν οἶκον τοῦ Ἰσ-
3 ραὴλ, Καὶ ἐρεῖς, Τάδε λέγει κύριος, (α)
Ἀετὸς ὁ μέγας ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὁ μα-
κρὸς τῇ (ʺ) ἐκτάσει, πλήρης ὀνύχων, ὃς ἔχει
τὸ ἥγημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἔ-
4 λαβε τὰ (β) ἐπίλεκτα τῆς κέδρου, Τὰ
ἄκρα τῆς ἁπαλότητος ἀπέκνισε, καὶ ἤνεγ-
κεν αὐτὰ εἰς γῆν (γ) Χαναὰν, εἰς πόλιν
5 τετειχισμένην ἔθετο αὐτά. Καὶ ἔλαβεν
ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῆς γῆς, καὶ ἔδωκεν
αὐτὸ εἰς τὸ πεδίον φυτὸν ἐφ᾽ ὕδατι πολ-
6 λῷ, ἐπιβλεπόμενον ἔταξεν αὐτό. Καὶ ἀν-
έτειλε, καὶ ἐγένετο εἰς ἄμπελον (δ) ἀσθενοῦ-
σαν καὶ (ε) μικρὰν, τοῦ ἐπιφαίνεσθαι αὐτὴν
τὰ κλήματα αὐτοῖς ἐπ᾽ αὐτό· καὶ ῥίζαι
αὐτῆς ὑποκάτω αὐτῆς ἦσαν· καὶ ἐγένετο εἰς
(ζ) ἄμπελον, καὶ ἐποίησεν ἀπώρυγας, καὶ
7 ἐξέτεινε τὰς ἀναδενδράδας αὐτῆς. Καὶ ἐγέ-
νετο ἀετὸς ἕτερος μέγας, μεγαλοπτέρυ-
γος, πολὺς ὄνυξι· καὶ ἰδοὺ ἡ ἄμπελος αὕτη
περιπεπλεγμένη πρὸς αὐτὸν, καὶ (η) ῥίζαι
αὐτῆς πρὸς αὐτὸν, καὶ τὰ κλήματα αὐτῆς
(θ) ἐξαπέστειλεν αὐτῷ, τοῦ ποτίσαι αὐτὴν
8 σὺν τῷ (ʺ) βόλῳ τῆς φυτείας αὐτῆς. Εἰς πεδίον
καλὸν ἐφ᾽ ὕδατι πολλῷ αὕτη πιαίνεται, τοῦ (ι)
ποιεῖν βλαστοὺς, καὶ φέρειν καρπὸν, τοῦ εἶναι
9 εἰς ἄμπελον μεγάλην. Διὰ τοῦτο εἰπὸν, Τάδε
λέγει κύριος, Εἰ (κ) κατευθυνεῖ; οὐχὶ
αἱ ῥίζαι τῆς ἁπαλότητος αὐτῆς καὶ ὁ καρ-
πὸς σαπήσεται; καὶ ξηρανθήσεται πάντα
τὰ προανατέλλοντα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐν βρα-
χίονι μεγάλῳ, οὐδὲ ἐν λαῷ πολλῷ, τοῦ ἐκ-
10 σπάσαι αὐτὴν ἐκ ῥιζῶν αὐτῆς. Καὶ ἰδοὺ
πιαίνεται. μὴ κατευθυνεῖ; οὐχὶ ἅμα τῷ
(ʺ) ἅψασθαι αὐτῆς ἄνεμον τὸν καύσωνα
(λ) ξηρανθήσεται; σὺν τῷ (ʺ) βόλῳ ἀνατολῆς
11 (μ) αὐτῆς ξηρανθήσεται. Καὶ ἐγένετο λόγος
12 κυρίου πρὸς μὲ, λέγων, Υἱὲ ἀνθρώπου,
εἰπὸν δὴ πρὸς τὸν (ν) οἶκον τὸν παραπικραίνον-
τα, Οὐκ ἐπίστασθε τί (ξ) ἦν ταῦτα; εἰ-
πὸν, Ὅταν ἔλθῃ βασιλεὺς Βαβυλῶνος
(ο) ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ, καὶ λήψεται τὸν βασιλέα
αὐτῆς, καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῆς, καὶ ἄξει αὐ-
13 τοὺς πρὸς ἑαυτὸν εἰς Βαβυλῶνα. Καὶ λή-
ψεται ἐκ τοῦ σπέρματος τῆς βασιλείας, καὶ
διαθήσεται πρὸς αὐτὸν διαθήκην, καὶ εἰσ-
άξει αὐτὸν ἐν ἀρᾷ, καὶ τοὺς (π) ἡγεμόνας τῆς
14 γῆς λήψεται, Τοῦ γενέσθαι εἰς βασιλείαν ἀσθε-
νῆ, τὸ καθόλου μὴ ἐπαίρεσθαι, τοῦ φυλάσσειν
15 τὴν διαθήκην αὐτοῦ, (ρ) καὶ ἱστάνειν αὐτήν. Καὶ
ἀποστήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ, τοῦ ἐξαποστέλλειν ἀγγέ-
λους ἑαυτοῦ εἰς Αἴγυπτον, τοῦ δοῦναι αὐτῷ ἵπ-
πους καὶ λαὸν πολύν. εἰ κατευθυνεῖ, εἰ δια-
σωθήσεται ὁ ποιῶν ἐναντία; καὶ παραβαίνων διαθήκην εἰ (σ) διασωθήσεται;

CAP. XVII.

ET factus est sermo Domini ad 1
me, dicens, Fili hominis, narra 2
narrationem, & dic parabolam ad
domum Israel, Et dices; Hæc di- 3
cit Dominus; Aquila magna ma-
gnarum alarum, longa extensio-
ne, plena unguium, quæ habet du-
ctum intrandi in Libanum; &
tulit electa cedri: Summitates 4
teneritudinis avellit: & attulit
eas in terram Chanaan: in civita-
te murata posuit illas. Et tulit 5
de semine terræ: & dedit illud
in campo (a) plantationem super
aquam multam: (b) ut respicere-
tur, posuit illud: Ortúmque est, 6
& factum in vitem infimam, &
parvulam: ut (c) ipsa extare fa-
ceret ramos suos super illum: &
radices illius subter illam erant.
Et facta est in vitē, & fecit pro-
pagines, & extendit ramos suos.
Et facta est aquila altera gran- 7
dis, magnarum alarum, multa un-
guibus: & ecce vitis hæc impli-
cata erat ad eam: & radices ejus
ad illam: & ramos suos extendit
ad illam, ut irrigaretur ab illa
cum gleba plantationis suæ. In 8
campo bono super aquam multam
ipsa impinguatur, ut faciat ger-
mina: & afferat fructum; ut sit in
vitem grandem. Propterea dic; 9
Hæc dicit Dominus; Si dirige-
tur? Nónne radices teneritudi-
nis ejus, & fructus putrescent, &
arescent omnia, quæ ex ea proger-
minant, & non in brachio ma-
gno, neque in populo multo, ut
evellat eam à radicibus suis? Et 10
ecce impinguatur. Nunquid di-
rigetur? Nónne statim ut teti-
gerit eam ventus urens; arescet?
cū gleba germinis sui arescet. Et 11
factum est verbū Domini ad me,
dicens; Fili hominis, dic nunc ad 12
domum exasperantem: Nescitis
quid sint ista? (d) Dic; Cùm
venerit rex Babylonis super Hie-
rusalem: & capiet regem ejus,
& principes ejus: & ducet eos
ad (e) se in Babylonem. Et tollet 13
de semine regni, & disponet ad
eum testamentum, & introducet
eum in maledictione: & prin-
cipes terræ tollet, ut sit in re- 14
gnum infirmum, omninoque non
elevetur custodiendo testamentū
ipsius, & statuat illud. Et rece- 15
det ab eo, mittendo nuntios su-
os in Ægyptum, ut sibi daret
equos, & populum multum. Si
dirigetur, si salvabitur, qui
facit contraria? Et, qui trans-
greditur testamentum, si salva-
bitur?

MS. A. (α) Ὁ ἀετὸς (ʺ) * ἐκστάσει, (β) ἔκλεκτα (γ) Χαλδαίων, (δ) εὐ-
σθενοῦσαν (ε) μικρὰν τῷ μεγέθει, τῷ ἐπιφαίνεσθαι αὐτῇ τὰ κλήματα αὐτῆς
ἐπ᾽ αὐτήν· καὶ αἱ ῥίζαι (ζ) ἄμπελον μεγάλην, καὶ (η) αἱ ῥίζαι (θ) καὶ
ἐξαπέστειλεν αὐτὴν τοῦ ποτίσαι (ʺ) βώλῳ (ι) ποιῆσαι καρπὸν, καὶ ἐνέγκαι
βλαστὸν, τοῦ εἶναι (κ) κατευθυνθήσεται; (ʺ) ἅψασθαι (λ) ξηρανθήσεται ξηρασίᾳ
σὺν (ʺ) βώλῳ (μ) αὐτῆς. Καὶ ἐγένετο (ν) οἶκον Ἰσραὴλ τὸν (ξ) ἐστιν ταῦτα ἃ
εἶπον, ὅταν (ο) εἰς Ἰερουσαλὴμ, λήμψεται τὸν βασιλέα αὐτῆς, * καὶ ἄξει αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα. (π) ἡγουμένοις (ρ) τοῦ ἱστάνειν (σ) σωθήσεται; Διὰ τοῦτο, Ζῶ

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

יז

1 והוה פתגם נבואה מן קדם יי עמי למימר: בר אדם חוד חידתא ומתל מתלא על בית
2 3 ישראל: ותימר כדנן אמר יי אלהים נשרא רבא רב גפין אריך אברין חפי כנפין דיליה
4 ציורין אתא ללבנן ונסיב ית עוברתא דארזא רמא: ית ריש שבשתיה נסיב ואובליה
לארעא דבטלא מפולחנא בארעא דכנען ועד לא יעלון לה בית ישראל בקרית תגרין
5 שוייה: ונסיב מזרעא דארעא ויהביה בחקל טב למזרע נצביה על מיין סגיאין גפן
6 נצבא שוייה: וצמח והוה לגפן תקיף מכיך בקומא לכפפא עוברתיה ליה ושרשוהי
7 תחותוהי יהון והוה לגפן ועבד שבקין ושלח עוברן: והוה נשרא חד רבא רב גפין
וחפי כנפין והא גופנא הדא כפת שרשוהי עלוהי ועוברתיה שלחת ליה לאשקאה
8 יתה מעוגית נצבתה: בחקל טב עלי מיין סגיאין היא שתילה למעבד ענף ולמטען
9 פרין למהוי לגפן תקיף: אמר כדנן אמר יי אלהים תצלח הלא ית שורשהא יפסיק
וית אבה יקטיף ויבשון כל טרפי צמחה יתרון ולא במשרין סגיאין ובעם סגי ייתון
10 למעקר יתה משורשהא: והא שתילא התצלח הלא כמקרב בה רוח קדומא תיבש
11 12 מיבש על עוגית נצבתה תיבש: והוה פתגם נבואה מן קדם יי עמי למימר: אמר כען
לעמא סרבנא הלא ידעתון מה אלין אמר הא אתא מלכא דבבל לירושלם ודבר ית
13 מלכה וית רברבהא ואוביל יתהון לותיה לבבל: ודבר מזרעא דמלכותא וגזר עמיה
14 קים ואעיל יתיה במומי וית רברבי ארעא דבר: למהוי מלכו חלשא בדיל דלא
15 לאתרברבא למטר ית קימיה למפלחיה: ומרד ביה לשלחא אזגדוהי למצרים למתן
ליה סוסון ועם סגי היצלח הישתיזב דעביד אלין ומשני קים הישתיזב:

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

CAP. XVII.

ET factum est verbum prophetiæ à facie Domini mecum, dicens: Fili ho- 1
minis propone ænigma & narra parabolam super domum Israel. Et dices: 2
Hæc dicit Dominus Deus; Aquila grandis, magna pennis, longa membris, 3
operta plumis figuratis, venit ad Libanum, & tulit propaginem cedri excel-
sæ. Summitatem ramorum ejus tulit, & transportavit eam in terram incul- 4
tam in terram Chanaan; & antequam ingrederetur in eam domus Israel, in
civitate negotiatorum posuit illam. Et tulit de semine terræ, & posuit illud 5
in agro apto sementi: seminavit illud ad aquas multas, vitem plantatam po-
suit illud. Et germinavit, & fuit in vitem fortem, humilem statura, ut incur- 6
varent sese propagines ei, & radices ejus sub ea essent: factáque est in vi-
tem, & fecit propagines, & emisit palmites. Et fuit aquila altera ma- 7
gna, magna pennis & cooperta alis; & ecce vitis ista incurvavit super eam ra-
dices suas, & propagines suas misit ad eam, ut irrigaret eam de areolis planta-
tionis suæ. In agro bono super aquas multas est transplantata, ut faceret ra- 8
mos & portaret fructum, ut esset in vitem fortem. Dic: Hæc dicit Dominus 9
Deus; Prosperabitur? an non radices ejus succidet, & fructum ejus decerpet,
& arescent? omnes frondes germinis ejus defluent: & non cum exercitu
multo neque cum populo grandi venient, ut evellant eam à radicibus suis. Et 10
ecce plantata num prosperabitur? nonne cùm tetigerit eam ventus urens, are-
scendo arescet? super areis plantationis suæ arescet. Et factum est verbum 11
prophetiæ à facie Domini mecum, dicens: Dic nunc populo contumaci: Non- 12
ne scitis quæ sunt hæc? Dic: Ecce venit rex Babylonis ad Jerusalem, & as-
sumpsit regem & principes ejus, & traduxit eos ad se in Babylonem. Et tulit 13
de semine regio, & pepigit cum eo pactum, & introduxit eum in juramen-
tum, & principes terræ tulit. Ut esset regnum infirmum, & non magnificare- 14
tur; ut custodiret pactum ejus, & serviret ei. Et rebellavit in eum, ut mitte- 15
ret legatos suos in Ægyptum, ut daret sibi equos & populum multum; nun-
quid prosperabitur aut liberabitur qui fecit hæc? & qui mutavit pactum, nun-
quid liberabitur?

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܙ * ܘܗܘܐ ܥܠܝ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܟܕ ܐܡܪ. * ܒܪ ܐܢܫܐ ܀ ܐܚܘܕ 1 2
ܐܘܚܕܬܐ. ܘܐܡܬܠ ܡܬܠܐ ܥܠ ܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܘܐܡܪ. * ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܐ ܡܪ̈ܘܬܐ. ܢܫܪܐ ܪܒܐ 3
ܕܪܘܪ̈ܒܢ ܓܦ̈ܘܗܝ. ܘܐܪ̈ܝܟܢ ܐܒܪ̈ܘܗܝ. ܘܡܠܝܢ ܛܦܪ̈ܘܗܝ. ܘܥܒܝܢ ܡܚܒ̈ܘܗܝ ܀ ܐܬܐ
ܠܠܒܢܢ ܘܢܣܒ ܡܢ ܓܒ̈ܝܐ ܕܒܪ̈ܘܬܐ. * ܘܦܣܩ ܪܝܫ ܡܪܒܝܬܗ. ܘܐܣܩܗ ܠܐܪܥܐ ܕܟܢܥܢ. 4.
ܘܣܡܗ ܒܡܕܝܢܬܐ ܕܬܓܪ̈ܐ. * ܘܢܣܒ ܡܢ ܙܪܥܐ ܕܐܪܥܐ. ܘܐܪܡܝܗ ܒܡܕܒܪܐ. ܒܢܨܒܬܐ ܥܠ 5
ܡ̈ܝܐ ܣܓܝ̈ܐܐ. ܘܣܡܗ ܒܕܘܟܐ. * ܘܝܥܐ ܘܗܘܐ ܓܦܬܐ ܡܟܝܟܬܐ ܘܡܟܝܟܬ ܩܘܡܬܐ. 6.
ܕܢܬܚܙܘܢ ܫܒܘ̈ܫܝܬܗ ܠܥܠ ܡܢܗ. ܘܥܩܪ̈ܝܗ ܬܚܬܝܗ. ܘܗܘܬ ܓܦܬܐ. ܘܐܦܩܬ ܫܒܘ̈ܫܝܬܐ.
ܘܦܫܛܬ ܥܩܪ̈ܝܗ. * ܘܗܐ ܢܫܪܐ ܐܚܪܢܐ ܪܒܐ ܕܪܘܪ̈ܒܢ ܓܦ̈ܘܗܝ ܘܣܓܝ̈ܐܢ ܛܦܪ̈ܘܗܝ. 7.
ܘܓܦܬܐ ܗܕܐ ܐܟܪܟܬ ܥܩܪ̈ܝܗ ܥܠܘܗܝ. ܘܫܒܘ̈ܫܝܬܗ ܐܪܡܝܬ ܥܠܘܗܝ. ܕܢܫܩܝܗ ܡܢ ܪܓܒܐ
ܕܢܨܒܬܗ. * ܒܚܩܠܐ ܫܦܝܪܐ ܘܥܠ ܡ̈ܝܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܢܨܝܒܐ. ܕܬܦܪܥ ܛܪ̈ܦܐ. ܘܬܥܒܕ ܦܐܪ̈ܐ. ܘܬܗܘܐ 8
ܓܦܬܐ ܡܫܒܚܬܐ. * ܐܡܪ. ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܐ ܡܪ̈ܘܬܐ. ܠܐ ܬܨܠܚ. ܐܠܐ ܥܩܪ̈ܝܗ ܢܬܦܣܩܘܢ. 9.
ܘܦܐܪ̈ܝܗ ܢܬܡܣܡܣܘܢ ܘܢܬܝܒܫܘܢ. ܘܟܠܗܘܢ ܛܪ̈ܦܐ ܕܡܪܒܝܬܗ ܢܬܝܒܫܘܢ. ܘܠܐ ܒܕܪܥܐ ܪܡܐ.
ܘܠܐ ܒܥܡܐ ܣܓܝܐܐ. ܢܥܩܪܘܢܗ ܡܢ ܥܩܪ̈ܝܗ. * ܘܗܐ ܢܨܝܒܐ. ܐܠܐ ܠܐ ܬܨܠܚ. ܡܚܕܐ ܕܢܫܒ ܒܗ 10
ܪܘܚܐ ܕܫܘܕܦܢܐ. ܬܝܒܫ ܒܪܓܒܐ ܕܡܘܠܕܗ. * ܘܗܘܐ ܥܠܝ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܟܕ ܐܡܪ. * ܒܪ ܐܢܫܐ. 11 12
ܐܡܪ ܠܒܝܬܐ ܡܪܡܪܢܐ. ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢܐ ܐܢܝܢ ܗܠܝܢ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܗܐ ܐܬܐ ܡܠܟܐ
ܕܒܒܠ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܢܕܒܪ ܠܡܠܟܐ ܘܠܪ̈ܘܪܒܢܝܗ. ܘܢܝܬܐ ܐܢܘܢ ܠܘܬܗ ܠܒܒܠ. * ܘܢܣܒ 13
ܡܢ ܙܪܥܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܘܢܩܝܡ ܥܡܗ ܩܝܡܐ. ܘܢܥܠ ܥܡܗ ܒܡܘܡܬܐ. * ܘܢܕܒܪ 14
ܠܥܫܝܢܐ ܕܐܪܥܐ ܕܠܐ ܢܬܬܪܝܡܘܢ. ܐܠܐ ܬܗܘܐ ܡܠܟܘܬܗܘܢ ܡܟܝܟܐ. ܘܢܛܪܘܢ. ܘܢܩܝܡܘܢ
ܩܝܡܗ ܥܡܗ. * ܘܢܡܪܕ ܒܗ. ܘܢܫܕܪ ܐܝܙܓܕ̈ܘܗܝ ܠܡܨܪܝܢ ܀ ܕܢܬܠܘܢ ܠܗ 15
ܪ̈ܟܫܐ. ܘܥܡܐ ܣܓܝܐܐ. ܠܐ ܬܨܠܚ: ܘܠܐ ܢܬܦܨܐ ܡܢ ܕܥܒܕ ܗܠܝܢ.

CAP. XVII.

Et factus eſt ad me ſermo Domini, dicendo; 1
Fili hominis,compone ænigma, & effinge 2
proverbium de domo Iſraelis,ac dicito;
Sic ait Dominus dominorum ; Aquila quædam 3
maxima ingentibus alis, longis pennis,
integris unguibꝰ,denſiſq; plumulis inſtructa,
venit ad Libanum, ſumpſitque ex electiſſimis
abietibus : Truncavit faſtigium germinis ejus, 4
aſportavit illud in terram Chanaan, collocavit
in urbe mercatorum. Et accipiens 5
de ſemine terræ, jecit illud in deſertum, in
plantarium ſecus aquas multas, poſuitque illud
in ſpeculam. Germinavit hoc, factúmque 6
eſt vitis tenella & humilis ſtaturâ, ita ut
conſpicerentur ſurculi ejus ſuper illam *aquilam*,
& radices ejus ſubter illam : & cùm facta
eſſet vitis, emiſit ſurculos,porrexítque radices
ſuas. Rurſus ecce aquilam aliam ingentem 7
magnis alis & multis unguibus inſtructã,
quam vitis illa circunvolvit radicibꝰ ſuis,palmitéſque
ſuos jecit ſuꝑ eam, ut irrigaret eam
de gleba plantarii ſui. In agro pulcherrimo, 8
& ſecus aquas multas plantata fuit,ut frondeſceret
& fructus ferret,eſſétque vitis egregia.
Dic, Sic ait Dominus dominorum ; Non proſperabitur, 9
ſed radices ejus ſuccidentur,fructꝰ
ejus marceſcent & arefient, omniáque folia
germinis ejus exſiccabuntur;& brachio haud
ſublimi, populíſque haud multis evellet eam
ab radicibꝰ. Ecce plantata quidem eſt,at non 10
proſperabitur;imò ſtatim atque flaverit in eã
ventus uredinis, areſcet in gleba ſua natali.
Deinde fuit ad me ſermo Domini, dicendo ; 11
Fili hominis, dic domui *iſti* rebelli ; Neſcitis 12
quid iſta ſibi velint?Dic eis,Ecce venturus eſt
rex Babylonis in Jeruſalẽ,& regẽ,ac principes
ejus abducturus, & Babylonem perducturus.
Et accipiens de ſtirpe regia, inibit cum illa 13
fœdus, & intrabit cum illa in jusjurandum ;
Abducet autem potentiores terræ,ne ſe *denuò* 14
extollant, ſed humile maneat regnũ ipſorum,
ac *proinde* ſervent præſtentque fœdus *initum*
cum ipſo. Rebellabit autem illa contra hunc, 15
mittétque legatos ſuos in Ægyptum ut ſuppeditet
ſibi equos populúmque copioſũ : *at* non
proſperabitur nec eripiet ſe qui talia fecerit.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* الفصل السابع عشر *

1 2 * وكان قول الرب الي قايلا * يا ابن الانسان أخبر اخبارا * وقل مثلا لبيت اسرائيل * ويقول * هكذا
3 يقول ادوناي الرب * النسر العظيم الجناحين * الطويل مدهما * المملو مخالب * الذي له الظن
4 ليدخل الي لبنان ودخل * قال واخذ خيار الارز * ومن البسطة قطعها * وجا بها الي كنعان * في
5 مدينة مسورة وضعها * واخذ من زرع الارض * واعطاه لبقعة غرسا على ماء كثير * ربة منظورا *
6 * فطلع وصار كرمة ضعيفة * وضعيف في قدرها * لتظهر هذه اغصانها عليها * وكانت اصولها
7 تحتها * وصارت كرمة عظيمة * وصنعت قضبا * ومدت اغصانها * وكان النسر العظيم * العظيم
الجناحين * الكثير المخالب * واذا هذه الكرمة ضمت عليه * واصولها عليه * وارسلت اغصانها
8 له * ليسقيها مع طينة غرسها * في البقعة الحسنة على الماء الكثير هذه تدسمت * لتصنع فروعا
9 وتحمل ثمرا * لتكون كرمة عظيمة * لاجل هذا قل * هكذا يقول ادوناي الرب * لا تستقيم
كلا * اصول بساطتها وثمرها تيبس * ويجف نباتها * وليس بذراع عظيمة * ولا بشعب كثير *
10 ليخرجوها من اصولها * واذا تدسمت ولا تستقيم * اليس اذا يلمسها ريح سموم تجف جفافا * مع
11 12 طينة نباتها تجف * وكان قول الرب الي قايلا * يا ابن الانسان * قل لبيت اسرائيل المرمر * ليس
تعلمون ما هي هذه التي قلتها * اذا جاء ملك بابل الي ايروسليم * ويأخذ روساها * ويأتي بهم
13 14 معه الي بابل * ويأخذ من زرع المملكة * ويعهدون معه عهدا * ويدخله في اللعنة * ويأخذ
مقدمي الارض * ويصيروا مملكة ضعيفة بالكلية * ان لعلهم يرتفعوا * ليحفظوا عهده ويتمموه *
15 * ويبتعد منه ليرسل رسلا الي مصر * ليعطوه خيلا وشعبا كثيرا * لا يستقيم ولا يخلص
الذي يصنع بالخلاف * ويخالف العهد لا يخلص *

CAP. XVII.

Deinde fuit ſermo Domini ad me dicens; 1
O fili hominis,narra narrationem,& 2
dic proverbiũ domui Iſraelis;inquã dicas, 3
Sic ait Adonai Dominus ; Aquila illa maximarum
alarum, longiſſimæ extenſionis,
plena unguibus, cujus mens eſt ingrediendi
Libanum (& quidem ingreſſa eſt) dixit;
Equidem accipiam optimas cedrorum.
Ab expanſione ramorum *ſuccîdit eas, aſportavitque* 4
in Chanaan, in urbe murata
collocavit eas. Accepit etiam de ſemine 5
terræ, poſuitque illud in planitie quadam
in plantarium ſecus aquam copioſam,
ſpectabile diſpoſuit illud : Cúmque exortum 6
fuiſſet, factum eſt vitis infima &
exiguæ molis, ut hæc produceret ramos
ſuos ſuper illam ; radices autem ejus eſſent
ſub illa.Deinde facta eſt vitis magna,
protulitque pampinos, & extendit ramos
ſuos. Et fuit ut aquilæ illi magnæ, ſummarum 7
alarum,et multarum unguium,vitis
hæc ſtatim ſe radiceſque ſuas agglutinaret,
mitteretque ramos ſuos ad eam ; ut
irrigaret ſe cum gleba plantarii ſui. In 8
pulcherrima planitie, ſecus aquam copioſam
hæc impinguata eſt, ut proferret pampinos,
ferretque fructum ; ut fieret vitis
magna. Propterea dic, Ita dicit Adonai 9
Dominus ; Nequaquam dirigetur, minimè
gentium:radices expanſionis ramorum
ejus & fructus ejus areſcent, & marceſcet
germen ejus, neq; magnum brachium,
neque multum populum adhibebunt *ut*
evellant eam ab radicibus.Cùm impinguata 10
ſit, nec tamen redintegrata ; annon ubi
tetigerit eam ventus calidus,areſcet?cum
gleba ſui germinis areſcet. Tum fuit ſermo 11
Domini ad me,dicens ; O fili hominis, 12
dic domui Iſraelis refractariæ ; Neſcitis
quæ ſint iſta quæ dixi ? Cùm venerit rex
Babelis in Jeruſalem,capiet principes ejus,
abducetque eos ſecum in Babelem : Et accipiet 13
de ſemine regni,pangentque cum eo
fœdus,& introducet illud in maledictionem
: Accipiet etiam primores terræ, ut 14
fiant regnum omnino debile,ne fortè elevent
ſeſe,ſed ut ſervent fœdus ejus,et præſtent
illud. Recedet autem ab illo, mittendo 15
legatos in Ægyptum,ut copiam ſibi faciant
equorum & populi multi. Non dirigetur,
neque ſalvabitur qui perfidè agit,
& qui fœdus violat,non eripiet ſeſe.

יחזקאל : יח

, regis loco in niſi , Deus Dominus dixit , ego *Vivens*
16 חַי־אָנִי נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִֹה אִם־לֹא בִּמְקוֹם הַמֶּלֶךְ
irritavit cujus & ,*ejus* juramentum ſprevit cujus eũ *facientis* regnare
הַמַּמְלִיךְ אֹתוֹ אֲשֶׁר בָּזָה אֶת־אָלָתוֹ וַאֲשֶׁר הֵפֵר אֶת־
exercitu in non Et .morietur Babel medio in eo cum ,*ejus* pactum
17 בְּרִיתוֹ אִתּוֹ בְּתוֹךְ־בָּבֶל יָמוּת׃ וְלֹא בְחַיִל
effundendo in , prælio in Parhoh eo cum faciet multo cœtu *in* & ,grandi
גָּדוֹל וּבְקָהָל רָב יַעֲשֶׂה אוֹתוֹ פַרְעֹה בַמִּלְחָמָה בִּשְׁפֹּךְ
.multas animas *ſuccidendum ad* : *ligneam turrim ædificando in* & , aggerem
סֹלְלָה וּבִבְנוֹת דָּיֵק לְהַכְרִית נְפָשׁוֹת רַבּוֹת׃
,ſuã manũ dedit ecce & : pactum *irritandum ad* ,juramentum ſprevit Et
18 וּבָזָה אָלָה לְהָפֵר בְּרִית וְהִנֵּה נָתַן יָדוֹ
Dominus dixit ſic Propterea ?evadet non ,fecit hæc omnia &
19 וְכָל־אֵלֶּה עָשָׂה לֹא יִמָּלֵט׃ לָכֵן כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי
meũ fœdus & ,ſprevit quod meũ juramentũ niſi , ego *Vivens* : Deus
יְהוִֹה חַי־אָנִי אִם־לֹא אָלָתִי אֲשֶׁר בָּזָה וּבְרִיתִי
eum ſuper expandam Et .ejus caput in *illud* dedero & :irritavit quod
20 אֲשֶׁר הֵפִיר וּנְתַתִּיו בְּרֹאשׁוֹ׃ וּפָרַשְׂתִּי עָלָיו
eum faciam adducere & : mea ſagena in comprehendetur & , meum rete
רִשְׁתִּי וְנִתְפַּשׂ בִּמְצוּדָתִי וַהֲבִיאוֹתִיהוּ
eſt prævaricatus qua ,*ejꝰ prævaricatione* , ibi eo cum judicabor &,Babel in
בָבֶלָה וְנִשְׁפַּטְתִּי אִתּוֹ שָׁם מַעֲלוֹ אֲשֶׁר מָעַל־
gladio in ſuis *alis* omnibus cum ,ejus profugi omnes Et .me contra
21 בִּי׃ וְאֵת כָּל־מִבְרָחָו בְּכָל־אֲגַפָּיו בַּחֶרֶב
ego quòd ſcietis & : *expandentur* ventũ omnẽ in reſidui & ,cadent
יִפֹּלוּ וְהַנִּשְׁאָרִים לְכָל־רוּחַ יִפָּרֵשׂוּ וִידַעְתֶּם כִּי אֲנִי
ſumam Et : Deus Dominus dixit Sic .ſum locutus Dominus
22 יְהוָֹה דִּבַּרְתִּי׃ כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִֹה וְלָקַחְתִּי
,ejꝰ *tenerorum ramorum capite de dabo* & ,ſublimis cedri ſummitate de ego
אָנִי מִצַּמֶּרֶת הָאֶרֶז הָרָמָה וְנָתַתִּי מֵרֹאשׁ יֹנְקוֹתָיו
.elevatũ &,excelſum montem ſuper ego plantabo &,excindam tenerum
רַךְ אֶקְטֹף וְשָׁתַלְתִּי אָנִי עַל הַר־גָּבֹהַּ וְתָלוּל׃
faciet & ,ramum elevabit & ,illud plantabo Iſrael ſublimi monte In
23 בְּהַר מְרוֹם יִשְׂרָאֵל אֶשְׁתֳּלֶנּוּ וְנָשָׂא עָנָף וְעָשָׂה
, *avis omnis* ea ſub habitabunt Et .*illuſtrem cedrum in erit* & ,fructum
פֶרִי וְהָיָה לְאֶרֶז אַדִּיר וְשָׁכְנוּ תַחְתָּיו כֹּל צִפּוֹר
omnia ſcient Et *habitabunt* ejꝰ ramorum umbra in *ala omnis*
24 כָּל־כָּנָף בְּצֵל דָּלִיּוֹתָיו תִּשְׁכֹּנָּה׃ וְיָדְעוּ כָּל־
,ſublime lignum feci humiliare Dominus ego quòd , agri ligna
עֲצֵי הַשָּׂדֶה כִּי אֲנִי יְהוָֹה הִשְׁפַּלְתִּי עֵץ גָּבֹהַּ
feci florere & ,viride lignum feci ſiccare : humile lignum feci ſublimare
הִגְבַּהְתִּי עֵץ שָׁפָל הוֹבַשְׁתִּי עֵץ לָח וְהִפְרַחְתִּי
.feci & , ſum locutus Dominus Ego .aridum lignum
עֵץ יָבֵשׁ אֲנִי יְהוָֹה דִּבַּרְתִּי וְעָשִׂיתִי׃

CAP. XVIII. יח

vos vobis Quid : *dicendum ad* , me ad Domini verbum fuit Et
1 וַיְהִי דְבַר־יְהוָֹה אֵלַי לֵאמֹר׃ מַה־לָּכֶם אַתֶּם 2
Patres : dicendo , Iſrael *humo* ſuper iſtam parabolam *parabolizantes*
מֹשְׁלִים אֶת־הַמָּשָׁל הַזֶּה עַל־אַדְמַת יִשְׂרָאֵל לֵאמֹר אָבוֹת
,ego *Vivens* ? obſtupeſcent filiorum dentes & ,acerbam uvam comedent
3 יֹאכְלוּ בֹסֶר וְשִׁנֵּי הַבָּנִים תִּקְהֶינָה׃ חַי־אָנִי
parabolam *parabolizare* ultrà vobis erit ſi : Deus Dominus dixit
נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִֹה אִם־יִהְיֶה לָכֶם עוֹד מְשֹׁל הַמָּשָׁל
,patris anima Sicut .*ipſæ mihi* animæ omnes *En* .Iſrael in iſtam
4 הַזֶּה בְּיִשְׂרָאֵל׃ הֵן כָּל־הַנְּפָשׁוֹת לִי הֵנָּה כְּנֶפֶשׁ הָאָב
.morietur ipſa , *peccans* anima : *ipſæ mihi* filii anima ſic &
וּכְנֶפֶשׁ הַבֵּן לִי־הֵנָּה הַנֶּפֶשׁ הַחֹטֵאת הִיא תָמוּת׃
.juſtitiam & ,judicium fecerit & ,juſtus fuerit *cùm* vir Et
5 וְאִישׁ כִּי־יִהְיֶה צַדִּיק וְעָשָׂה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה׃

Verſio VULG. LAT.

16 Vivo ego, dicit Dominus Deus: quoniam in loco regis, qui conſtituit eum regem, cujus fecit irritum juramentum, & ſolvit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. 17 Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in jactu aggeris, & in extructione vallorum, ut interficiat animas multas. 18 Spreverat enim juramentũ ut ſolveret fœdꝰ, & ecce dedit manum ſuam: & cùm omnia hæc fecerit, non effugiet. 19 Proptereà hæc dicit Dominus Deus; Vivo ego, quoniam juramentum quod ſprevit, & fœdus quod prævaricatus eſt, ponam in caput ejus. 20 Et expandam ſuper eum rete meum, & comprehendetur in ſagena mea: & adducam eum in Babylonem, & judicabo eum ibi, in prævaricatione quâ deſpexit me. 21 Et omnes profugi ejꝰ, cũ univerſo agmine ſuo, gladio cadent: reſidui autem in omnem ventum diſpergentur: & ſcietis quia ego Dominus locutus ſum. 22 Hæc dicit Dominus Deus; Et ſumam ego de medulla cedri ſublimis, & ponam: de vertice ramorum ejus tenerũ diſtringam, & plantabo ſuper montem excelſum & eminentem. 23 In monte ſublimi Iſrael plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabunt ſub ea omnes volucres, & univerſum volatile ſub umbra frondium ejus nidificabit. 24 Et ſcient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum ſublime, & exaltavi lignum humile: & ſiccavi lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus ſum, & feci.

CAP. XVIII.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad 2 me, dicens; Quid eſt quòd inter vos parabolam vertitis in proverbium iſtud in terra Iſrael, dicentes; Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupeſcunt? 3 Vivo ego, dicit Dominus Deus, ſi erit ultrà vobis parabola hæc in proverbium in Iſrael. 4 Ecce omnes animæ, meæ ſunt: ut anima patris, ita & anima filii mea eſt: anima, quæ peccaverit, ipſa morietur. 5 Et vir ſi fuerit juſtus, & fecerit judicium & juſtitiam,

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Tranſlatione LATINA.

16 Ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος, ἐὰν μὴ (τ) ἐν τόπῳ ὁ βασιλεὺς ὁ βασιλεύσας αὐτὸν, ὃς ἠτίμωσε τὴν ἀράν μου, καὶ ὃς παρέβη τὴν διαθήκην μου, μετ' αὐτοῦ ἐν μέσῳ Βαβυλῶνος τελευτήσει. 17 Καὶ οὐκ ἐν δυνάμει μεγάλῃ οὐδὲ ἐν ὄχλῳ πολλῷ ποιήσει πρὸς αὐτὸν Φαραὼ πόλεμον, ἐν χαρακοβολίᾳ καὶ ἐν οἰκοδομῇ (υ) βελοστάσεων, τοῦ ἐξᾶραι 18 ψυχάς. (φ) Καὶ ἠτίμωσεν ὁρκωμοσίαν τοῦ παραβῆναι διαθήκην. καὶ ἰδοὺ (χ) δέδωκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ πάντα ταῦτα ἐποίησεν αὐτῷ, μὴ σωθήσεται. 19 Διὰ τοῦτο εἰπὸν, Τάδε λέγει κύριος, Ζῶ ἐγὼ, ἐὰν μὴ (ψ) τὴν ὁρκωμοσίαν μου ἣν ἠτίμωσε, καὶ τὴν διαθήκην μου ἣν παρέβη, καὶ δώσω αὐτὴν 20 εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ ἐκπετάσω ἐπ' αὐτὸν τὸ (ω) δίκτυον, καὶ ἁλώσεται ἐν τῇ 21 περιοχῇ (α) αὐτοῦ. Ἐν πάσῃ παρατάξει αὐτοῦ ἐν ῥομφαίᾳ πεσοῦνται· καὶ τοὺς καταλοίπους εἰς πάντα ἄνεμον διασπερῶ, καὶ ἐπιγνώσεσθε διότι ἐγὼ κύριος λελάληκα. (β) 22 Διότι τάδε λέγει κύριος, Καὶ λήψομαι ἐγὼ ἐκ τῶν (γ) ἐκλεκτῶν τῆς κέδρου ἐκ κορυφῆς, καρδίας (δ) αὐτῶν ἀποκνιῶ, καὶ καταφυτεύσω ἐγὼ ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν, καὶ 23 κρεμάσω αὐτὸν Ἐν ὄρει μετεώρῳ (ε) Ἰσραήλ· καὶ καταφυτεύσω, καὶ ἐξοίσει βλαστὸν, καὶ ποιήσει καρπὸν, καὶ ἔσται εἰς κέδρον μεγάλην· καὶ ἀναπαύσεται ὑποκάτω αὐτοῦ πᾶν (ζ) ὄρνεον, καὶ πᾶν πετεινὸν ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ ἀναπαύσεται· (η) τὰ κλήματα 24 αὐτοῦ ἀποκατασταθήσεται. Καὶ γνώσονται πάντα τὰ ξύλα τοῦ (θ) πεδίου, διότι ἐγὼ κύριος ὁ ταπεινῶν ξύλον ὑψηλὸν, καὶ (ι) ὑψῶν ξύλον ταπεινὸν, καὶ ξηραίνων ξύλον χλωρὸν, καὶ ἀναθάλλων ξύλον ξηρόν. ἐγὼ κύριος λελάληκα, καὶ ποιήσω.

16 Vivo ego, dicit Dominus, niſi in loco, (f) ubi rex, qui regnare fecit eum, qui ſprevit maledictionem meam, & qui tranſgreſſus eſt teſtamentum meum cum eo, in medio Babylonis morietur. 17 Et non in virtute magna, neque in turba multa faciet adverſus eũ Pharao prælium, in jactu aggeris, & in ædificatione vallorum, ut auferat animas. 18 Et vilipendit juramentum tranſgrediendo teſtamentum. Et ecce (g) dedi manum ejus: & hæc omnia fecit ei: non ſalvabitur. 19 Propterea dic; Hæc dicit Dominus; Vivo ego, niſi juramentum meum, quod ſprevit, & teſtamentum meum, quod tranſgreſſus eſt, & dabo illud in caput ejus. 20 Et extendam ſuper eum (h) rete: & capietur in (i) circunſtrictione ejus. 21 In omni acie ejus in gladio cadent: & reſiduos in omnem ventum diſſeminabo: & ſcietis, quia ego Dominus loquutus ſum. 22 Quia hæc dicit Dominus; Et ſumam ego de electis (k) cedri de vertice: (l) de corde eorum avellam, & plantabo ego ſuper montem excelſum, & ſuſpendam illud 23 In monte ſublimi Iſrael. Et plantabo, & proferet germen, & faciet fructum, & erit in cedrũ magnam. Et requieſcet ſub ea omnis avis: & omne volatile ſub umbra ejus requieſcet. (m) Rami ejus reſtituentur: 24 Et ſcient omnia ligna campi; quia ego Dominus: qui humilio lignum excelſum, & exalto lignum humile: & areſacio lignum viride, & germinare facio lignum aridum. Ego Dominus loquutus ſum, & faciam.

MS. A. (τ) ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ὁ βασιλεὺς (υ) βελοστάσεως, (φ) Ὅτι ἠτίμασεν (χ) δέδωκεν (ψ) διαθήκην μου ἣν παρέβη, καὶ τὴν ὁρκωμοσίαν μου ἣν ἠτίμωσεν, καὶ δώσω αὐτὰ εἰς κεφαλὴν (ω) δίκτυόν μου, (α) αὐτοῦ. καὶ ἄξω αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ διακριθήσομαι μετ' αὐτοῦ ἐκεῖ τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ ἣν ἠδίκησεν ἐν ἐμοί. Καὶ πάσας φυγαδείας αὐτοῦ ἐν πάσῃ τῇ παρατάξει αὐτοῦ (β) Διὰ τοῦτο εἰπὸν, Τάδε (γ) ἐπιλεκτῶν τῆς κέδρου κορυφῆς, (δ) αὐτῶν, καὶ δώσω ἀπὸ κεφαλῆς παραφυάδων αὐτῆς, καρδίας αὐτῶν ἀποκνιῶ, καὶ (ε) τοῦ Ἰσραήλ· (ζ) θηρίον, καὶ τὰ πετεινὰ (η) καὶ τὰ κλήματα (θ) ἀγροῦ, (ι) ὁ ὑψῶν

ΚΕΦ. ιη'.

1 ΚΑὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς μὲ, 2 λέγων, Υἱὲ ἀνθρώπου, τί ὑμῖν ἡ παραβολὴ (α) αὕτη ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, λέγοντες, Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ 3 ὀδόντες τῶν τέκνων ἐγομφίασαν; Ζῶ ἐγὼ, (β) λέγει κύριος, ἐὰν γένηται ἔτι λεγομένη ἡ παραβολὴ αὕτη ἐν τῷ Ἰσραήλ· 4 Ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐμαί εἰσιν, ὃν τρόπον ἡ ψυχὴ τοῦ πατρὸς, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ τοῦ υἱοῦ, ἐμαί εἰσιν. ἡ ψυχὴ ἡ (γ) ἁμαρτάνουσα, 5 αὕτη ἀποθανεῖται. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ὃς ἔσται δίκαιος, ὁ ποιῶν κρίμα καὶ δικαιοσύνην,

CAP. XVIII.

1 ET factus eſt ſermo Domini ad 2 me, dicens; Fili hominis, quid vobis parabola hæc inter filios Iſrael, dicentes; Patres comederũt uvã acerbã, & dentes filiorũ (a) obſtupuerunt? 3 Vivo ego, dicit Dominus; ſi fuerit ultrà, ut dicatur parabola hæc in Iſrael: 4 Quia omnes animæ meæ ſunt: quomodò anima patris; ita & anima filii, meæ ſunt. Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur. 5 Homo autem, qui fuerit juſtus, qui facit judicium, & juſtitiam,

MS. A. (α) αὕτη ἐπὶ τῆς γῆς ἐν τοῖς (β) λέγει ἀδωναῒ κύριος, (γ) ἁμαρτάνουσα, ἀποθανεῖται. καὶ οὐ φάγοντος τὸν ὄμφακα, αἱμωδιάσουσιν οἱ ὀδόντες αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ἔσται δίκαιος,

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

16 קְיָם אֲנָא אֲמַר יְיָ אֱלֹהִים אִם לָא בְּאַתְרָא דְמַלְכָּא דְאַמְלִיךְ יָתֵיהּ דְבַסַר עַל מוֹמָתֵיהּ
17 וּדְאַשְׁנֵי יַת קְיָמֵיהּ עִמֵּיהּ בְּגוֹ בָבֶל יְמוּת׃ וְלָא בְמַשְׁרְיָין סַגִּיאָן וּבְעַם סַגִּי יַעֲבֵיד עִמֵּיהּ
18 פַּרְעֹה קְרָבָא בְּמִצְבַּר מְלֵיתָא וּבְמִבְנֵי כַרְקוֹם לְשֵׁיצָאָה מְדִינָן סַגִּיאָן׃ וּבְסַר עַל מוֹמֵי
19 לְאַשְׁנָאָה קְיָם וְהָא אַמְטֵי יְדֵיהּ לְפַרְעֹה וְכָל אִלֵּין עֲבַד לָא יִשְׁתֵּיזֵיב׃ בְּכֵן כִּדְנָן אֲמַר יְיָ
אֱלֹהִים קְיָם אֲנָא אִם לָא מוֹמָתִי דְבַסַר וּקְיָמִי דְשַׁנֵּי וְאֶתֵּן פּוּרְעָנוּת אוֹרְחֵיהּ בְּרֵישֵׁיהּ׃
20 וְאֶפְרוֹס עֲלוֹהִי מְצָדְתִּי וְיִתְאֲחֵד בִּסְרִינְתִּי וְאַגְלְנֵיהּ לְבָבֶל וְאֶתְפְּרַע מִנֵּיהּ תַּמָּן שִׁקְרֵיהּ
21 דְשַׁקַּר קֳדָמַי׃ וְיַת כָּל גִּבָּרוֹהִי בְּכָל מַשְׁרְיָתֵיהּ בְּחַרְבָּא יִתְקַטְלוּן וּדְיִשְׁתַּאֲרוּן לְכָל רוּחַ
22 יִתְבַּדְּרוּן וְתִדְעוּן אֲרֵי אֲנָא יְיָ גְזָרִית בְּמֵימְרִי׃ כִּדְנָן אֲמַר יְיָ אֱלֹהִים וַאֲקָרֵב אֲנָא
מִמַּלְכוּתָא דְבֵית דָוִד דִמְתִיל כְּאַרְזָא רָמָה וַאֲקִימִנֵּיהּ מִבְּנֵי בְנוֹהִי יָנִיק וַאֲרַבֵּי וַאֲקִימִנֵּיהּ
23 בְּמֵימְרִי בְּטוּר רָם וּמְנַטַּל׃ בְּטוּר קוּדְשָׁא דְיִשְׂרָאֵל אֲקִימִנֵּיהּ וְיִכְנוֹשׁ מַשְׁרְיָין וְיַעְבֵּיד
סוֹמְכָוָן וִיהֵי לְמֶלֶךְ תַּקִּיף וְיִסְתַּמְכוּן עֲלוֹהִי כָּל צַדִּיקַיָּא וְכָל עִנְוְתָנַיָּא בִּטְלַל מַלְכוּתֵיהּ
24 יִשְׁרוּן׃ וְיִדְעוּן כָּל מַלְכֵי עַמְמַיָּא אֲרֵי אֲנָא יְיָ אַמְאֵיכִית מַלְכוּת דַהֲוָת תַּקִּיפָא וְתַקֵּיפִית
מַלְכוּת דַהֲוָת חַלָּשָׁא אַמְאֵיכִית מַלְכוּת עַמְמַיָּא דַהֲוָת תַּקִּיפָא כְּאָעָא רַטִּיב וְתַקֵּיפִית
מַלְכוּת בֵּית יִשְׂרָאֵל דַהֲוָת חַלָּשָׁא כְּאָעָא יַבִּישׁ אֲנָא יְיָ גְזָרִית בְּמֵימְרִי וַאֲקַיֵּים׃

יח

1 וַהֲוָה פִתְגָם נְבוּאָה מִן קֳדָם יְיָ עִמִּי לְמֵימַר׃ מָא לְכוֹן דְאַתּוּן מַתְלִין יַת מַתְלָא הָדֵין 2
3 עַל אַרְעָא דְיִשְׂרָאֵל לְמֵימַר אֲבָהָתָא חָטוֹ וּבְנַיָּא לְקוֹ׃ קְיָם אֲנָא אֲמַר יְיָ אֱלֹהִים אִם יְהֵי
4 לְכוֹן עוֹד מְתַל מַתְלָא הָדֵין בְּיִשְׂרָאֵל׃ הָא כָל נַפְשָׁתָא דִילִי אִנּוּן כְּנַפְשׁ אַבָּא וּכְנַפְשׁ
5 בְּרָא קֳדָמַי אִנּוּן אֱנָשׁ דְיֶחֱטֵי הוּא יְמוּת׃ וּגְבַר אֲרֵי יְהֵי זַכַּי וְיַעְבֵּיד דִין דִקְשׁוֹט וְזָכוּ׃

PARAPH. CHALD. Verſio Latina.

16 Vivo ego, dicit Dominus Deus, ſi non in loco in quo conſtituit eum regem, cujus juramentum ſprevit, & violavit pactum, cum eo in medio Babylonis morietur. 17 Et non in exercitu grandi & in populo multo faciet contra eum Pharao prælium, cùm comportaverit aggerem & ædificaverit machinam ad diſperdendas provincias multas. 18 Sprevit enim juramentum ut mutaret pactum: & ecce extendit manum ſuam ad Pharaonem. Et quia omnia hæc fecit, non liberabitur. 19 Proptereà hæc dicit Dominus Deus: Vivo ego, ſi non [*ob*] juramentum meum quod ſprevit, & pactum meum quod mutavit, dabo ultionem viæ ejus in caput ejus. 20 Et extendam ſuper eum rete meum, & comprehendetur in ſagena mea: & migrare faciam eum in Babylonem, & ſumam vindictam ex eo ibi [*ob*] prævaricationem ejus, qua prævaricatus eſt coram me. 21 Et omnes fortes ejus cùm omni exercitu ejus gladio occidentur, & qui remanſerint, in omnem ventum diſpergentur: & ſcietis quia ego Dominus decrevi in verbo meo. 22 Hæc dicit Dominus Deus: Et applicabo ego [*quempiam*] de regno domus David ꝗ comparatur cedro excelſæ, & ſuſcitabo eum: de filiis filiorum ejus infantem magnificabo; & ſtatuam eum verbo meo in monte excelſo & elevato. 23 In monte ſancto Iſrael ſtatuam eum, & congregabit exercitum, & faciet auxilia, & erit in regem fortem, & innitentur ſuper eum omnes juſti, & omnes manſueti in umbra regni ejus habitabunt. 24 Et ſcient omnes reges populorum, quia ego Dominus humiliavi regnum quod erat forte, & roboravi regnum quod erat infirmum; humiliavi regnum populorum quod erat forte ſicut lignum viride; & roboravi regnum *domus* Iſrael quod erat infirmum ſicut lignum aridum. Ego Dominus decrevi in verbo meo, & confirmabo illud.

CAP. XVIII.

1 ET factum eſt verbum prophetiæ à facie Domini ad me, dicens: 2 Quid vobis eſt quòd vos parabolam iſtam aſſumitis de terra Iſrael, dicentes: Patres peccaverunt, & filii percuſſi ſunt. 3 Vivo ego, dicit Dominus, ſi fuerit vobis ultrà aſſumens proverbium iſtud in Iſrael. 4 Ecce omnes animæ meæ ſunt; tam anima patris quàm anima filii coram me ſunt: homo qui peccaverit, ipſe morietur. 5 Vir autem qui fuerit juſtus & fecerit judicium verum & juſtitiam;

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 *ܚܝ ܐܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ. ܕܒܐܬܪܐ ܕܐܡܠܟܘܗܝ ܡܠܟܐ. ܕܫܛ ܠܡܘܡܬܝ. ܘܥܒܪ ܥܠ
ܩܝܡܝ. ܒܓܘ ܒܒܠ ܢܡܘܬ. * ܘܠܐ ܒܚܝܠܐ ܪܒܐ. ܘܠܐ ܒܥܡܐ ܣܓܝܐܐ. ܢܥܒܕ ܥܡܗ 17
ܦܪܥܘܢ ܩܪܒܐ. ܐܠܐ ܒܡܫܦܟܘܬܐ ܘܒܡܟܪܡܐ. ܢܘܒܕ ܢܦܫܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. * ܕܫܛ ܠܡܘܡܬܐ 18
ܘܥܒܪ ܥܠ ܩܝܡܐ. ܢܬܠ ܐܝܕܗ. ܘܠܐ ܢܬܦܠܛ. ܕܥܒܕ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܟܢܐ 19
ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ. ܚܝ ܐܢܐ ܕܫܛ ܠܡܘܡܬܝ. ܘܥܒܪ ܥܠ ܩܝܡܝ. ܐܦܢܝܘܗܝ ܒܪܫܗ.
*ܘܐܦܪܘܣ ܡܨܝܕܬܝ ܥܠܘܗܝ. ܘܢܬܐܚܕ ܒܗ. ܘܐܥܠܝܘܗܝ ܠܒܒܠ ܠܐܪܥܐ ܕܟܠܕܝܐ. 20
ܘܐܬܕܝܢܝܘܗܝ ܬܡܢ ܥܠ ܥܘܠܐ ܕܥܘܠ ܒܝ. * ܘܟܠܗܘܢ ܓܢܒܪܘܗܝ. ܘܟܠܗܘܢ ܩܪܝܒܘܗܝ 21
ܒܚܪܒܐ ܢܦܠܘܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܚܪܝܢ ܢܬܒܕܪܘܢ ܠܟܠ ܪܘܚ. ܘܬܕܥܘܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ
ܡܠܠܬ. * ܘܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ. ܐܣܒ ܐܢܐ ܡܢ ܓܒܝܐ ܕܒܪܘܬܐ ܪܡܐ. ܘܡܢ ܪܝܫܗ ܐܦܣܘܩ 22
ܠܒܗ. ܘܐܢܨܒ ܥܠ ܛܘܪܐ ܪܡܐ ܘܡܥܠܝܐ. * ܒܛܘܪܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܐܢܨܒܝܘܗܝ. ܘܢܦܩ 23
ܛܪܦܐ. ܘܢܥܒܕ ܦܐܪܐ. ܘܢܗܘܐ ܐܪܙܐ ܫܒܝܚܐ. ܘܢܫܪܘܢ ܒܗ. ܟܠܗ ܦܪܚܬܐ ܕܓܦܐ.
ܘܒܛܠܠܐ ܕܣܘܟܘܗܝ ܢܫܪܘܢ. * ܘܢܕܥܘܢ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܢܐ ܕܕܒܪܐ. ܕܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܡܟܟ 24
ܩܝܣܐ ܪܡܐ. ܘܐܪܝܡ ܩܝܣܐ ܡܟܝܟܐ. ܘܐܘܒܫ ܩܝܣܐ ܪܛܝܒܐ. ܘܐܦܪܥ ܩܝܣܐ
ܝܒܝܫܐ. ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܡܠܠܬ ܘܥܒܕܬ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܚ *

1 * ܘܗܘܐ ܥܠܝ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܟܕ ܐܡܪ. * ܒܪ ܐܢܫܐ. ܠܡܢܐ ܡܬܡܬܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܬܠܐ 2
ܗܢܐ ܒܐܪܥܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܘܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܒܗܐ ܐܟܠܘ ܒܣܪܐ. ܘܫܢܝܐ ܕܒܢܝܐ ܩܗܝ. * ܚܝ 3
ܐܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ. ܐܢ ܢܗܘܐ ܬܘܒ ܕܢܡܬܠ ܡܬܠܐ ܗܢܐ ܒܐܝܣܪܝܠ. * ܡܛܠ 4
ܕܟܠܗܝܢ ܢܦܫܬܐ ܕܝܠܝ ܐܢܝܢ. ܢܦܫܐ ܕܐܒܐ. ܐܝܟ ܢܦܫܐ ܕܒܪܐ ܕܝܠܝ ܐܢܝܢ. ܢܦܫܐ ܕܚܛܝܐ.
ܗܝ ܬܡܘܬ. * ܘܓܒܪܐ ܐܢ ܢܗܘܐ ܙܕܝܩ: ܘܢܥܒܕ ܕܝܢܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ: 5

Per vitam meam, dicit Dominus domino- 16
rum, Loco conſervandi eum regem (quum
juramentum meum ſpreverit, & violaverit
fœdus meum) in Babylone morietur. Ne- 17
que copiis ingentibus aut equis permultis
bellum geret cum eo Pharaon; ſed inſidiis
& ſpeculis (*aggeribus*) perdet animas mul-
tas. Quia ſprevit juramentum, & fœdus ir- 18
ritum fecit; dabit manus, & non evadet; quòd
hæc omnia fecerit. His de rebus, ſic ait Do- 19
minus dominorum; Per vitam meam, quia
ſprevit juramentum meum, & irritum fecit
fœdus meum; reflectam id in caput ejus.
Expandam enim ſuper eum rete meum, eo- 20
que capietur: perducam illum in Babylonem
terram Chaldæorum, ibíque judicabo eum de
ſcelere quod contra me commiſit: Et omnes 21
nobiles ejus, omnéſque propinqui ejus gla-
dio corruent: & qui ſuperſtites fuerint, diſ-
pandentur in omnem ventum: & experiemi-
ni me Dominum locutum eſſe. Sic ait Do- 22
minus dominorum; Accipiam è ſelectiſſimis
abietibus altiſſimam, & ex hujus faſtigio ex-
cerpam meditullium ejus, & plantabo ſuper
montes excelſos atque ſublimes: In monti- 23
bus Iſraelis plantabo illud, ferétque frondes,
& producet fructus; fiétque cedrus glorioſiſſi-
ma, et habitabunt in ea omnes volucres alatæ,
& ſub umbra ramorum ejus habitabunt. Et 24
agnoſcent omnes arbores deſerti, me Domi-
num humiliare arborem elatam, & exaltare
arborem humilem; arefacere arborem viren-
tem, & facere ut germinet arbor ſicca. Ego
Dominus locutus ſum, & faciam.

CAP. XVIII.

Fuit etiam ad me ſermo Domini, dicendo; 1
Fili hominis, qua de cauſa vertitis hoc pro- 2
verbium in terra Iſraelis, & dicitis; Patres
comederunt uvas agreſtes, & dentes filiorum
obſtupeſcunt? Per vitam meam inquit Do- 3
minus dominorum, non erit ampliùs qui ver-
tat hujuſmodi proverbium in Iſrael. Nam 4
omnes animæ, meæ ſunt: tam anima patris
quàm anima filii, meæ ſunt: anima quæ pec-
caverit, ipſamet morietur. Cùm quis fuerit 5
juſtus, fecerítque judicium & juſtitiam:

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

16 * حي انا يقول ادوناي الرب * الا في الموضع الذي فيه ملّكه الملك * الذي اهان لعنتي *
17 والذي تجاوز عهدي معه * في وسط بابل يموت * وليس بقوة عظيمة * ولا بجمع كثير يصنع
18 معه فرعون حربا * برمي مجانيق ولا ببني مرامي ليستاصل النفوس * واهان بالحلف ليتجاوز
19 العهد واذا اعطى يده * وكل هذه صنعها له * لا يخلص * لاجل هذا قل * هكذا يقول ادوناي
الرب * حي انا * من اجل عهدي الذي تجاوز * وحلفي الذي اهانه * وساعطيها على راسه *
20 21 * واطرح عليه شبكتي * ويهلك بزمانه * في كل قتاله بالسيف يسقطون * والمتبقين ابددهم
مع كل ريح * ويعلمون اني انا الرب تكلمت * الاصحاح التاسع *
22 * من اجل انه هكذا يقول ادوناي الرب * وانا اخذ من خيار الارز * من راس قلبهم اقطع *
23 واغرس انا على جبل عال * واعلقه في جبل شاهق لاسرائيل * واغرسه فيخرج فرعا * ويصنع
24 ثمرا * ويصير ارزا عظيما * ويستريح تحته كل وحش * وكل طاير تحت ظله يستريح * واغصانه
تستقيم * ويعلم جميع اشجار الغاب اني انا الرب الذي يواضع شجرا مرتفعا * ويرفع شجرا
متضعا * ويجفف شجرا خضراء * ويخصب الشجر اليابسة * انا الرب تكلمت واصنع *

* الفصل الثامن عشر *

1 2 * وكان قول الرب الي قايلا * يا ابن الانسان * لماذا لكم هذا المثل في بني اسرائيل قايلين *
3 الاباء اكلوا الحصرم * واسنان الاولاد ضرست * حي انا يقول ادوناي الرب * ان يكون هذا
4 المثل ايضا مقولا في اسرائيل * لان جميع النفوس هم لي * كما نفس الاب هكذا ونفس
5 الابن هم لي * النفس التي تخطي هي التي تموت * والانسان الذي يكون صديقا * الذي
يصنع حكما وعدلا :

Vivo ego, dicit Adonai Dominus, niſi eo- 16
dem in loco in quo rex ille conſtituit hunc
regem; iſte qui ſprevit maledictionem
meam, quique fœdus meum prætergreſſus
eſt erga illum; in medio Babelis moriatur.
Neque verò magnâ vi, neq; turbâ multâ 17
bellum geret contra eũ Pharaon, jaciendo
aggeres, neque moles fabricando ad ex-
tirpandas animas. Quippe qui ſpreverit 18
juramentũ tranſgrediendo fœdus, etiamſi
manum ſuam dederit, & hæc omnia ege-
rit cum illo, nequaquam ſalvabitur. Pro 19
pterea dic; Sic ait Adonai Dominus, Vivo
ego propter fœdus meum quod tranſgreſ-
ſus eſt, & juramentum meum quod ſpre-
vit; retundam hæc in caput ejus. Faciam 20
ſuper eum rete meum, ſuoque tempore per-
ibit. In omnibus præliis ſuis gladio ca- 21
dent: & reſiduos diſſeminabo in omnem
ventum: & agnoſcetis quòd ego Domi-
nus locutus ſim.

Textus Nonus.

Nam ita dicit Adonai Dominus; Equi- 22
dem accipiam ex optimis cedris, è vertice
cordis earum abſcindam, & plantabo ego
ſuper montem excelſum, appendamque il-
lud in monte ſublimi Iſraelis: Et cum 23
plantavero illud, proferet germen, facietque
que fructum, et fiet illud cedrus maxima,
adeoque requieſcent ſub eo omnes beſtiæ,
& omnes volucres ſub ejus umbra requi-
eſcent: Rami ejus dirigentur; & ſcient 24
omnes arbores ſylvæ me eſſe Dominũ qui
humilio arborem elatam, & elevo arbo-
rem humilem, arefacio arborem viridem,
& fertilem reddo arborem ſiccam. Ego
Dominus locutus ſum, & faciam.

CAP. XVIII.

Deinde fuit ſermo Domini ad me, di- 1
cens; O fili hominis, cur habetis hoc pro- 2
verbium inter filios Iſraelis, dicentes; Pa-
tres manducaverunt omphacem, & den-
tes filiorum obſtupuerunt? ut vivo, ait 3
Adonai Dominus, haudquaquam dictita-
bitur ampliùs proverbium iſtud in Iſra-
ele. Omnes enim animæ meæ ſunt: ut 4
anima patris, ita etiam anima filii, meæ
ſunt: anima quæ peccabit, ipſamet erit
quæ morietur. Et homo qui fuerit juſtus, 5
qui fecerit judicium & juſtitiam,

יחזקאל : יח

domus idola ad levaverit non ſuos oculos &,comederit non montes *Ad*
6 אל־ההרים לא אכל ועיניו לא נשא אל־גלולי בית
non *elongatā* mulierē ad & ,violaverit non ſui *ſocii* uxorem & : Iſrael
ישראל ואת־אשת רעהו לא טמא ואל־אשה נדה לא
raptum,reddiderit debitori ſuū pignus,*depopularit* non quempiā Et.acceſſerit
7 יקרב: ואיש לא יונה חבלתו חוב ישיב גזלה
.veſtimento operuit nudum & ,dederit eſurienti ſuū panem : rapuerit non
לא יגזל לחמו לרעב יתן ועירם יכסה־בגד:
averterit iniquitate ab : acceperit non amplius & ,dederit non uſura Cum
8 בנשך לא־יתן ותרבית לא יקח מעול ישיב
meis *ſtatutis* In .virum *ad* virum inter fecerit *veritatis* judicium :ſuā manū
9 ידו משפט אמת יעשה בין איש לאיש: בחקותי
, *ipſe* juſtus :veritatē *faciendum ad*,cuſtodierit mea judicia &,ambulaverit
יהלך ומשפטי שמר לעשות אמת צדיק הוא
,*effractorem* filium genuerit Et .Deus Dominus dixit , vivet vivendo
10 חיה יחיה נאם אדני יהוה: והוליד בן־פריץ
omnia ipſe Et .iſtis ex *uno ab fratrem* fecerit & :ſanguinē effundentē
11 שפך דם ועשה אח מאחד מאלה: והוא את־כל־
uxorem & ,comederit montes *ad* etiam ſed : fecerit non hæc
אלה לא עשה כי גם אל־ההרים אכל ואת־אשת
pignus ,rapuerit *rapinas* ,oppreſſerit pauperē & ,Egenū .*profanaverit ſui ſocii*
12 רעהו טמא: עני ואביון הונה גזלות גזל חבל
.fecerit abominationē,ſuos oculos levaverit idola ad & :reddiderit non
לא ישיב ואל־הגלולים נשא עיניו תועבה עשה:
Omnes .vivet Non ? vivet *&*,acceperit *augmentū* &,dederit uſura Cum
13 בנשך נתן ותרבית לקח וחי לא יחיה את כל־
.erit ipſo in ejꝰ *Sanguines* .morietur moriendo,fecit iſtas abominationes
התועבות האלה עשה מות יומת דמיו בו יהיה:
,fecit quæ ſui patris peccata omnia viderit & ,filium genuerit *ecce* Et
14 והנה הוליד בן וירא את־כל־חטאת אביו אשר עשה
,comederit non montes Super *.illa ſicut* fecerit non & ,timuerit &
15 ויראה ולא יעשה כהן: על־ההרים לא אכל
ſui *ſocii* uxorem ;Iſrael domus idola ad levaverit nō ſuos oculos&
ועיניו לא נשא אל־גלולי בית ישראל את־אשת רעהו
,*pignori* acceperit non pignus ,oppreſſerit non quenquā Et .*profanaverit* non
16 לא טמא: ואיש לא הונה חבל לא חבל
operuerit nudum &,dederit eſurienti ſuum panem ;rapuerit non *raptum* &
וגזלה לא גזל לחמו לרעב נתן ועירם כסה־
non *augmentum* & ,uſuram ; ſuam manum *converterit afflicto Ab* .veſtimento
17 בגד: מעני השיב ידו נשך ותרבית לא
non ipſe : ambulaverit meis *ſtatutis* in ,fecerit mea judicia ,acceperit
לקח משפטי עשה בחקותי הלך הוא לא
oppreſſit quia ,ejus Pater .vivet vivendo ,ſui patris *iniquitate in* morietur
18 ימות בעון אביו חיה יחיה: אביו כי־עשק
medio in fecit bonum non quod & ,*fratris* rapinam rapuit ,oppreſſionē
עשק גזל גזל אח ואשר לא־טוב עשה בתוך
non Cur : dixiſtis Et .*ſua iniquitate in* eſt mortuus ecce & :ſui populi
19 עמיו והנה־מת בעונו: ואמרתם מדע לא־
.fecit juſtitiam & judicium filius Et ? patris *iniquitate in* filius portabit
נשא הבן בעון האב והבן משפט וצדקה עשה
.vivet vivendo : ea fecit & ,cuſtodivit mea *ſtatuta* Omnia
את כל־חקותי שמר ויעשה אתם חיה יחיה:
,patris *iniquitate in* portabit non Filius .morietur ipſa *peccans* Anima
20 הנפש החטאת היא תמות בן לא־ישא בעון האב
, erit eum ſuper juſti Juſtitia .filii *iniquitate in* portabit non pater &
ואב לא ישא בעון הבן צדקת הצדיק עליו תהיה
fuerit averſus *cùm* impius At .erit eum ſuper impii impietas &
21 ורשעת רשע עליו תהיה: והרשע כי ישוב
,mea *ſtatuta* omnia cuſtodierit & , fecit quæ ſuis peccatis omnibus ab
מכל־חטאתו אשר עשה ושמר את־כל־חקותי
.morietur non , vivet vivendo ; juſtitiam & ,judicium fecerit &
ועשה משפט וצדקה חיה יחיה לא ימות:

Verſio VULG. LAT.

6 In montibus non comederit, &
oculos ſuos non levaverit ad ido-
la domûs Iſrael : & uxorem pro-
ximi ſui non violaverit, & ad
mulierem menſtruatam non ac-
7 ceſſerit : Et hominē non contri-
ſtaverit : pignus debitori reddi-
derit, per vim nihil rapuerit :
panem ſuum eſurienti dederit,
& nudum operuerit veſtimento :
8 Ad uſuram non commodaverit,
& amplius non acceperit :ab ini-
quitate averterit manum ſuam,
& judicium verum fecerit inter
9 virum & virum : In præceptis
meis ambulaverit,& judicia mea
cuſtodierit ut faciat veritatē : hic
juſtus eſt, vitâ vivet, ait Dominꝰ
10 Deus. Quòd ſi genuerit filium
latronem effundentem ſanguinē,
11 & fecerit unum de iſtis : Et hæc
quidem omnia non facientē, ſed
in montibus comedentem, & u-
xorem proximi ſui polluentem :
12 Egenum & pauperem contriſtan-
tem, rapientem rapinas, pignus
non reddentem, & ad idola le-
vantem oculos ſuos, abominati-
13 onem facientē: Ad uſuram dan-
tem,& ampliùs accipientē:num-
quid vivet?non vivet : cùm uni-
verſa hæc deteſtanda fecerit,
morte morietur, ſanguis ejus in
14 ipſo erit. Quòd ſi genuerit filiū,
qui videns omnia peccata patris
ſui quæ fecit, timuerit,& non fe-
15 cerit ſimile eis : Super montes
non comederit, & oculos ſuos
non levaverit ad idola domûs Iſ-
rael, & uxorem proximi ſui non
16 violaverit : Et virum non con-
triſtaverit, pignus non retinue-
rit, & rapinam non rapuerit,pa-
nem ſuum eſurienti dederit, &
17 nudum operuerit veſtimento: A
pauperis injuria averterit manū
ſuam, uſuram & ſuperabundan-
tiam non acceperit, judicia mea
fecerit, in præceptis meis ambu-
laverit: hic non morietur in ini-
quitate patris ſui, ſed vitâ vivet.
18 Pater ejus quia calumniatus eſt,et
vim fecit fratri,& malum opera-
tus eſt in medio populi ſui, ecce
19 mortuus eſt in iniquitate ſua. Et
dicitis ; Quarè non portavit filiꝰ
iniquitatē patris?Videlicèt, quia
filius judicium & juſtitiam ope-
ratus eſt,omnia præcepta mea cu-
ſtodivit, & fecit illa, vivet vitâ.
20 Anima,quæ peccaverit, ipſa mo-
rietur:filius non portabit iniqui-
tatem patris,& pater non porta-
bit iniquitatem filii: juſtitia juſti
ſuper eum erit, & impietas impii
21 erit ſuper eum. Si autem impius
egerit pœnitentiam ab omnibus
peccatis ſuis,quæ operatus eſt,&
cuſtodierit omnia præcepta mea,
& fecerit judicium,& juſtitiam :
vitâ vivet, & non morietur.

Verſio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Tranſlatione LATINA.

6 Ἐπὶ τῶν ὀρέων οὐ φάγεται, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς
αὐτοῦ οὐ μὴ ἐπάρῃ (δ) πρὸς τὰ ἐνθυμήματα
οἴκου Ἰσραήλ, καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον
αὐτοῦ οὐ μὴ μιάνῃ, καὶ πρὸς γυναῖκα ἐν ἀφέ-
7 δρῳ οὖσαν οὐ προσεγγιεῖ, Καὶ ἄνθρωπον οὐ μὴ
καταδυναστεύσῃ, ἐνεχυρασμὸν ὀφείλοντος
ἀποδώσει, καὶ ἅρπαγμα οὐχ ἁρπᾶται, τὸν
ἄρτον αὐτοῦ τῷ πεινῶντι δώσει, καὶ γυμνὸν
8 (ε) περιβαλεῖ, Καὶ τὸ ἀργύριον αὐτοῦ ἐπὶ τό-
κῳ οὐ δώσει, καὶ πλεονασμὸν οὐ λήψεται, καὶ ἐξ
ἀδικίας ἀποστρέψει τὴν χεῖρα αὐτοῦ, κρίμα
δίκαιον ποιήσει ἀναμέσον ἀνδρὸς καὶ ἀνα-
9 μέσον τοῦ πλησίον αὐτοῦ, Καὶ τοῖς προστάγ-
μασί μου πεπόρευται, καὶ τὰ δικαιώματά μου
πεφύλακται, τοῦ ποιῆσαι αὐτά· (ζ) δίκαιος
10 οὗτός ἐστι, ζωῇ ζήσεται, (η) λέγει κύριος. Καὶ
ἐὰν γεννήσῃ υἱὸν λοιμὸν, ἐκχέοντα αἷμα καὶ
11 ποιοῦντα ἁμαρτήματα, Ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ πα-
τρὸς αὐτοῦ τοῦ δικαίου οὐκ ἐπορεύθη, ἀλλὰ καὶ
ἐπὶ τῶν ὀρέων ἔφαγε, καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησί-
12 ον αὐτοῦ ἐμίανε, Καὶ πτωχὸν καὶ πένητα κατ-
εδυνάστευσε, καὶ ἅρπαγμα ἥρπασε, καὶ ἐνεχυ-
ρασμὸν οὐκ ἀπέδωκε, καὶ εἰς τὰ εἴδωλα ἔθε-
το τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ἀνομίαν πεποίηκε,
13 Μετὰ τόκου ἔδωκε, καὶ πλεονασμὸν ἔλαβεν·
οὗτος ζωῇ οὐ ζήσεται, πάσας τὰς ἀνομίας ταύ-
τας ἐποίησε, θανάτῳ (θ) θανατωθήσεται·
14 τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἔσται. Ἐὰν δὲ (ι) γεν-
νήσῃ υἱὸν, καὶ ἴδῃ πάσας τὰς ἁμαρτίας τοῦ πα-
τρὸς αὐτοῦ ἃς ἐποίησε, καὶ φοβηθῇ, καὶ μὴ ποι-
15 ήσῃ κατ' αὐτὰς, Ἐπὶ τῶν ὀρέων (κ) οὐ βέ-
βρωκε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ οὐκ ἔθετο
εἰς τὰ ἐνθυμήματα οἴκου Ἰσραήλ, καὶ τὴν γυ-
16 ναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ οὐκ ἐμίανε, Καὶ ἄν-
θρωπον οὐ κατεδυνάστευσε, καὶ ἐνεχυρασμὸν
οὐκ ἐνεχύρασε, καὶ ἅρπαγμα οὐχ ἥρπασε, τὸν
ἄρτον αὐτοῦ τῷ πεινῶντι ἔδωκε, καὶ γυμνὸν
17 περιέβαλεν, Καὶ ἀπὸ ἀδικίας ἀπέστρεψε τὴν
χεῖρα αὐτοῦ, τόκον οὐδὲ πλεονασμὸν οὐκ ἔλα-
βε, δικαιοσύνην ἐποίησε, καὶ ἐν τοῖς προστάγ-
μασί μου ἐπορεύθη· οὐ (λ) τελευτήσῃ ἐν ἀδι-
18 κίαις πατρὸς αὐτοῦ, ζωῇ ζήσεται. Ὁ δὲ πατὴρ
αὐτοῦ (μ) ἐὰν θλίψει θλίψῃ καὶ ἁρπάσῃ ἅρ-
παγμα, ἐναντία ἐποίησεν ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ
19 μου, καὶ ἀποθανεῖται ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ. Καὶ
ἐρεῖτε, (ν) Τί ὅτι οὐκ ἔλαβεν τὴν ἀδικίαν ὁ υἱ-
ὸς τοῦ πατρός; ὅτι ὁ υἱὸς δικαιοσύνην καὶ ἔ-
λεος (ξ) πεποίηκε, πάντα τὰ νόμιμά μου
συνετήρησε, καὶ ἐποίησεν αὐτά, ζωῇ ζήσεται.
20 Ἡ δὲ ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, (ο) ἀποθανεῖται. ὁ
δὲ υἱὸς οὐ λήψεται τὴν ἀδικίαν τοῦ (π) πατρὸς,
οὐδὲ ὁ πατὴρ λήψεται τὴν ἀδικίαν τοῦ (ρ) υἱοῦ·
δικαιοσύνη δικαίῳ ἐπ' αὐτὸν ἔσται, καὶ ἀνο-
21 μία (σ) ἀνόμῳ ἐπ' αὐτὸν ἔσται. (τ) Καὶ ὁ ἄ-
νομος ἐὰν ἀποστρέψῃ ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν
αὐτοῦ ὧν ἐποίησε, καὶ (υ) φυλάξηται πάσας τὰς
ἐντολάς μου, καὶ ποιήσῃ (φ) δικαιοσύνην καὶ ἔλεος, ζωῇ ζήσεται, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃ.

MS. A. (δ) ἐπὶ τὰ (ε) περιβαλεῖ ἱμάτιον, Καὶ (ζ) δίκαιός ἐστιν, (η) λέγει ἀδωναῒ κύριος. Ἐὰν δὲ γεννήσῃς υἱὸν (θ) ἀποθανεῖται· (ι) γεννήσῃς (κ) οὐκ ἔφαγεν, καὶ τοὺς (λ) τελευτήσει (μ) ἐν θλίψῃ θλίψῃ καὶ ἁρπάσῃ (ν) Ὅτι οὐκ ἔλαβεν ἀδικίαν υἱὸς πατρὸς αὐτοῦ; ὅτι ὁ υἱὸς (ξ) ἐποίησεν, (ο) αὐτὴ ἀποθανεῖται. υἱὸς οὐ (π) πατρὸς αὐτοῦ, (ρ) υἱοῦ αὐτοῦ· δικαιοσύνη δικαίου ἐπ' (σ) ἀνόμου (τ) Ἐὰν δὲ ἀποστραφῇ ἄνομος ἀπὸ πασῶν τῶν (υ) φυλάξῃ (φ) τὰ δικαιώματά μου, ζωῇ ζήσεται,

*Super montes non comederit, & 6
oculos ſuos non levaverit ad co-
gitationes domûs Iſrael, & uxo-
rē proximi ſui non contaminave-
rit, & ad mulierem fluentē ſan-
guine non acceſſerit, Et hominem 7
per potentiā non oppreſſerit, pignꝰ
debitori reddiderit, & rapinā nō
rapuerit, panē ſuū eſurienti dede-
rit, et nudū (b) operuerit, Et pecu- 8
niā ſuā ad uſuram non dederit,
& amplius non acceperit, & ab
iniquitate averterit manum ſuā,
juſtū judiciū fecerit inter virū,
& inter proximū ejꝰ, Et præce- 9
ptis meis ambulaverit, & juſtifi-
cationes meas cuſtodierit, ut faci-
at ea ; hic juſtus eſt: vitâ vivet,
dicit Dominus. Quòd ſi genuerit 10
An clangetur tuba in civitate extra suum tempus;quin popul⁹ qui in ea est,non 6
contremiscat ? num erit afflictio in civitate,quæ à Domino non sit facta? Quo- 7
niam haud rectè res fieri Dño Deo viderentur, nisi revelaret secretum suum
servis suis prophetis. Leone rugiente quis non timebit ? Dño Deo loquente 8
quis non suscipiet prophetiam ? Annuntiate in palatiis Azoti & in prætoriis 9
terræ Ægypti,& dicite:Congregamini super montes Samariæ,& videte conturbationes
ingentes in medio ejus,& oppressores intra eam. Certè nesciunt 10
exequi legem,ait Domin⁹,cùm impleant cellaria sua rapina,atque prædam in
ædib⁹ suis[*recondant*.] Quamobrem sic dicit DñsDe⁹:Tribulatio gravis erit in 11
terra,quæ abolebit à te fortitudinem tuam,& ædes tuæ diripientur. Hæc dicit 12
Domin⁹ : Quemadmodum erueret pastor de ore leonis duo crura, aut extremum
auriculæ:sic liberabuntur filii Israel qui habitant in Samaria,in fortitudine
potestatis,& in Damasco innitentes. Audite & protestamini in domo Jahacob, 13
ait Domin⁹ De⁹ exercituum. Quia in die qua visitavero peccata Israel 14
contra eum,visitabo quoque super colentes in altaribus Bethel,& succidentur
cornua *altaris*,& cadent in terram.Et percutiam domum hyemalem cum domo 15
æstivali, & peribunt domus quæ stratæ sunt ebore, & dissipabuntur domus
multæ, ait Dominus.

CAP. IV.

AUdite sententiam istam divites substantiarum qui estis in monte 1
Samariæ , qui vim infertis egenis , opprimitisque pauperes : qui dicunt
principibus suis : *Facite nobis potestatem*,ut diripiamus. Juravit Dominus 2
Deus *in verbo suo* per sanctitatem suam, quòd ecce dies venient super vos
& tollent vos populi super scuta sua , & filias vestras in scapha piscatorum.
Et confringent super vos murum , & educent vos *collectos* singuli 3
ante se, & transferent vos ultra montes Armeniæ, dicit Dominus. Venerunt 4
ad Bethel, & prævaricati sunt ; in Galgal multiplicarunt peccare, sed offertis
manè victimas vestras, in tribus diebus decimas vestras.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

* ܐܢ ܢܬܩܥ ܫܝܦܘܪܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܘܥܡܐ ܠܐ ܙܐܥ . ܐܘ ܕܬܗܘܐ ܒܝܫܬܐ 6
ܒܡܕܝܢܬܐ . ܘܡܪܝܐ ܠܐ ܥܒܕܗ . * ܡܛܠ ܕܠܐ ܥܒܕ ܡܪܝܐ ܡܪܘܬܐ ܡܕܡ . ܐܠܐ ܐܢ ܓܠܐ ܐܪܙܗ 7
ܠܥܒܕܘܗܝ ܢܒܝܐ . * ܐܪܝܐ ܢܗܡ ܡܢ ܠܐ ܢܕܚܠ . ܡܪܝܐ ܡܪܘܬܐ ܡܠܠ . ܡܢ ܠܐ ܢܬܢܒܐ . * ܐܫܡܥܘ 8
ܥܠ ܐܦܕܢܐ ܕܐܫܕܘܕ ܘܥܠ ܐܦܕܢܐ ܕܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ . ܘܐܡܪܘ . ܐܬܟܢܫܘ ܟܠܟܘܢ ܠܛܘܪܐ 9
ܕܫܡܪܝܢ . ܘܚܙܘ ܫܓܘܫܝܐ ܣܓܝܐܐ ܕܒܓܘܗ . ܘܥܨܘܒܝܐ ܕܒܗ . * ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܡܥܒܕ 10
ܬܪܝܨܘܬܐ . ܐܡܪ ܡܪܝܐ . ܘܣܝܡܝܢ ܚܛܘܦܝܐ ܘܥܘܠܐ ܒܐܦܕܢܝܗܘܢ . * ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܟܢܐ ܐܡܪ 11
ܡܪܝܐ . ܐܘܠܨܢܐ ܢܚܕܪܝܗ ܠܐܪܥܐ . ܘܢܚܘܬ ܡܢܗ ܥܘܫܢܗ . ܘܢܬܒܙܙܘܢ ܐܦܕܢܝܗ . * ܗܟܢܐ 12
ܐܡܪ ܡܪܝܐ . ܐܝܟ ܕܡܦܨܐ ܪܥܝܐ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܐܪܝܐ . ܬܪܬܝܢ ܟܪܥܝܢ ܐܘ ܦܪܬܐ ܕܐܕܢܐ . ܗܟܢܐ
ܢܬܦܨܘܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܕܝܬܒܝܢ ܒܫܡܪܝܢ . ܒܫܘܒܛܐ ܕܥܠ ܫܠܝܐ ܘܒܥܡܐ ܕܡܢ ܕܪܡܣܘܩ .
* ܫܡܥܘ ܘܐܣܗܕܘ ܒܒܝܬܗ ܕܝܥܩܘܒ . ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܡܪܘܬܐ ܚܝܠܬܢܐ ܐܠܗܗ ܕܐܝܣܪܝܠ . 13
* ܡܛܠ ܕܒܝܘܡܐ ܕܐܦܩܘܕ ܚܘܒܗ ܕܐܝܣܪܝܠ ܥܠܘܗܝ . ܐܦܩܘܕ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܒܝܬ 14
ܐܝܠ . ܘܢܬܓܕܕܢ ܩܪܢܬܗ ܕܡܕܒܚܐ ܘܢܦܠܢ ܥܠ ܐܪܥܐ . * ܘܐܥܩܘܪ ܒܝܬ ܣܬܘܐ ܥܡ 15
ܒܝܬ ܩܝܛܐ . ܘܢܐܒܕܘܢ ܒܬܐ ܕܫܢܐ . ܘܢܣܘܦܘܢ ܒܬܐ ܣܓܝܐܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ . *

* ܩܦܠܐܘܢ * ܕ * * ܫܡܥܘ ܦܬܓܡܐ ܗܢܐ ܬܘܪܬܐ ܕܡܬܢܢ .1
ܕܒܛܘܪܐ ܕܫܡܪܝܢ . ܕܥܨܝܢ ܠܡܣܟܢܐ . ܘܛܠܡܝܢ ܠܒܝܫܐ . ܘܐܡܪܢ ܠܡܪܘܬܗܝܢ ܐܝܬܘ
ܠܢ ܢܫܬܐ . * ܝܡܐ ܡܪܝܐ ܡܪܘܬܐ ܒܩܘܕܫܗ . ܕܗܐ ܝܘܡܬܐ ܐܬܝܢ ܥܠܝܟܝܢ .2
ܘܢܫܩܠܘܢܟܝܢ ܒܙܝܢܐ . ܘܚܪܬܟܝܢ ܒܩܕܣܐ ܕܨܝܕܐ . * ܘܠܬܪܥܬܐ ܬܪܗܛ ܐܢܬܬܐ 3
ܠܩܘܒܠܗ . ܘܢܫܬܕܝܢ ܠܛܘܪܐ ܕܐܪܡܢܝܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ . * ܥܘܠܘ ܠܒܝܬ ܐܝܠ . ܘܥܘܠܘ .4
ܘܒܓܠܓܠܐ ܐܣܓܝܘ ܥܘܠܐ . ܐܝܬܘ ܒܨܦܪܐ ܕܒܚܝܟܘܢ . ܘܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܡܥܣܪܝܟܘܢ .

Num clangeretur buccina in urbe, & populus non trepidaret? an contingeret calamitas in urbe, quam Dominus non cauſaret? 6 Neq; enim facit Dominus dominorum quicquam, niſi cùm revelaverit ſecretum ſuum ſervis ſuis prophetis. 7 Leo rugivit, quis non paveat? Dominus dominorum locutus eſt, quis non prophetet? 8 Promulgate ſuper palatia Aſdodis, & ſuper palatia terræ Ægypti, ac dicite; Congregamini omnes ad montem Samariæ, & videte tumultum plurimum qui in ea eſt, & oppreſſionem quæ eſt in ipſa: 9 Attamen ignorant arguere, dicit Dominus, & violentiam rapinamque condunt in palatiis ſuis. 10 Etenim ſic dicit Dominus; Anguſtia circundabit terram, & labetur ex ea robur ejus, & diripientur palatia ejus. 11 Sic dicit Dominus; Quemadmodum eruit paſtor ex ore leonis duo crura aut extremum auris, ita vindicabuntur filii Iſraelis qui commorantur in Samaria, baculo ſubitò & populo Damaſceno. 12 Audite, & teſtamini in domo Jacobi, dicit Dominus dominorum potentiſſimus, Deus Iſraelis; 13 Quòd quâ die viſitabo ſcelus Iſraelis contra ipſum, viſitabo altaria Beth-il, & reſecabuntur cornua altarium, & cadent in terram: 14 Et deſtruam ædem hyemalem cum æde æſtivali: & peribunt domus eburneæ, & deficient domus permultæ, dicit Dominus. 15

CAP. IV.

Audite verbũ iſtud O vaccæ Baiſanis, quæ eſtis in monte Samariæ, quæ opprimitis pauperes, vexatis egenos, & dicitis dominis veſtris, Afferte nobis ut bibamus. 1 Juravit Dominus dominorum per ſanctitatem ſuam, quòd ecce dies ſupervenient vobis, quibus tollent vos armis, & finẽ veſtrum cacabo piſcatorũ: 2 Et ad rupturam accurret mulier *quæque* ante ſe, projicientque ſe ad montem Armeniæ, dicit Dominus. 3 Ingredimini in Beth-el, & perfidè agite; & in Galgala multiplicate perfidiam: afferte manè ſacrificia veſtra, & tertio quoque die decimas veſtras. 4

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

6 * أيصوت بوق في مدينة فلا يهلع الشعب * أيكون بلاء في مدينة لم يصنعه الرب * من 7
أجل انه لا يصنع الرب الاله امرا ان لم يكشف التاديب لعبيده الانبياء * الاسد يزار فمن 8
ذا لا يخاف * الرب الاله تكلم فمن ذا لا يتنبي * أخبروا الكور في الموصليين وعلي كور 9
مصر * وقولوا اجتمعوا على جبل سامرن * وانظروا عجايب كثيرة في وسطها * والتسلط
الذي فيها * ولم تعلم ما يكون امامها يقول الرب * الذين يكنزون ظلما وشقوة في 10
كورهم * لاجل هذا هكذا يقول الرب الاله * يا صور والارض التي من حولك تخرب * ويزول 11
عنك قوتك * وتختطف كورك * هكذا يقول الرب * كما يخرج الراعي من فم الاسد ساقين 12
او شحمة اذن * هكذا يخرجون بنو اسرايل السكان في سامرن * امام القبيلة التي بدمشق *
13 * اسمعوا ايها الكهنة * واشهدوا البيت يعقوب يقول الرب الاله الضابط الكل * من اجل انه 14
في اليوم اذ اقضي بنفاق اسرايل عليه * واقضي على مذابح بيت ايل * ويهدم قرون
المذبح * ويسقط على الارض * احلط واضرب البيت الشتوي على البيت الصيفي * وتهلك 15
البيوت العاجية * ويستزاد بيوت اخر كثيرة يقول الرب *

* الفصل الرابع * * الاصحاح التاسع * وهو الثاني من النبوة *

* اسمعوا هذا القول يا جودرات البيسانية اللاتي في جبل سامرن * المتعويات على الفقير * 1
والدايسات المساكين القايلات لاربابهن * اعطوا كي نشرب * يقسم الرب بقديسيه * 2
من اجل انه ها ايام تاتي عليكم * وياخذونكم بالاسلحة والذين معكم * المحرقون
المفسدون في المراجل * ويساقون عراة تجاه بعضكم البعض * ويطرحون على جبل الرامة 3
يقول الرب الاله * دخلتم الي بيت ايل واثمتم * والي الجلجال اكثرتم لتنافقوا * وقدمتم 4
بالغداة ذبايحكم * لثلاثة ايام اعشاركم *

An ſonum ederet buccina in urbe, & non extimeret populus? an accideret infortunium in urbe, quod non fecerit Dominus? 6 *Non enim facit Dominus Deus quicquam, niſi revelaverit punitionem ſervis ſuis prophetis.* 7 *Leone rugiente quis non formidet? Domino Deo loquente quis non vaticinetur?* 8 *Annuntiate regionibus inter Aſſyrios, & regionibus Ægypti, ac dicite; Congregamini ſuper montem Samariæ, & videte miracula multa in medio ejus, & tyrannidem quæ in ipſa eſt:* 9 *Attamen ignorat quid futurum ſit ante ipſam, dicit Dominus: qui theſaurizant impietatem & miſeriam in regionibus ſuis.* 10 *Propterea ſic ait Dominus Deus; O Tyre, ut & terra quæ circa te eſt, vaſtaberis; abſcedet à te robur tuum, & regiones tuæ diripientur.* 11 *Sic ait Dominus, Quemadmodum extrahit paſtor ex ore leonis duo crura, aut auris auriculam, ita extrahentur filii Iſraelis habitantes in Samaria coram familia quæ eſt in Damaſco.* 12 *Audite O ſacerdotes, & conteſtamini domum Jacobi, dicit Dominus Deus omnitenens:* 13 *Quòd eo die quo judicavero impietatem Iſraelis adverſùs eum, judicabo etiam altaria Beth-il, & deſtruentur cornua altaris, & corruent ſuper terram:* 14 *Confundam & allidam domum hyemalem ad domum æſtivam; & peribunt domus eburneæ, & adjicientur domus aliæ permultæ, dicit Dominus.* 15

CAP. IV.

Textus nonus, hujus autem Prophetiæ ſecundus.

Audite ſermonem iſtum O juvencæ Baiſanitides quæ eſtis in monte Samariæ, quæ vim infertis inopi, quæ conculcatis pauperes, quæ dicitis dominis veſtris, Date nobis ut bibamus. 1 *Jurat Dominus per ſanctos ſuos, quòd ecce dies venturi ſunt ſuper vos, quibus capient vos armis & eos qui vobiſcum ſunt, qui comburunt, qui corrumpunt in lebetibus:* 2 *Et nudi abducemini alter coram altero, & projiciemini ſuper montem Ramæ, dicit Dominus Deus.* 3 *Ingreſſi eſtis in Beth-il, & crimen commiſiſtis, & in Galgale multiplicâſtis impiè agere: obtuliſtis manè victimas veſtras, tertio quoque die decimas veſtras;* 4

: promulgate voluntaria , vocate & confessionem fermento de adole Et
5 וְקַטֵּר מֵחָמֵץ תּוֹדָה וְקִרְאוּ נְדָבוֹת הַשְׁמִיעוּ
etiam Et .*Dominus* Dominus dixit , Israel filii dilexistis sic quia
6 כִּי כֵן אֲהַבְתֶּם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה׃ וְגַם
defectum & ,vestris urbibus cunctis in dentium munditiē vobis dedi ego
אֲנִי נָתַתִּי לָכֶם נִקְיוֹן שִׁנַּיִם בְּכָל־עָרֵיכֶם וְחֹסֶר
dixit ,me ad estis reversi non & : vestris locis cunctis in panis
לֶחֶם בְּכֹל מְקוֹמֹתֵיכֶם וְלֹא־שַׁבְתֶּם עָדַי נְאֻם־
adhuc *in* , imbrem vobis à prohibui ego etiam Et .Dominus
7 יְהוָה׃ וְגַם אָנֹכִי מָנַעְתִּי מִכֶּם אֶת־הַגֶּשֶׁם בְּעוֹד
,unam civitatem super faciam pluere & ,messem ad menses tres
שְׁלֹשָׁה חֳדָשִׁים לַקָּצִיר וְהִמְטַרְתִּי עַל־עִיר אֶחָת
,compluetur una pars : faciam pluere non *unam* civitatem super &
וְעַל־עִיר אַחַת לֹא אַמְטִיר חֶלְקָה אַחַת תִּמָּטֵר
se movebunt Et .arescet , *eam super* pluet non quam pars &
8 וְחֶלְקָה אֲשֶׁר־לֹא־תַמְטִיר עָלֶיהָ תִּיבָשׁ׃ וְנָעוּ
non & ,aquam *bibendum ad* ,unam civitatem ad civitates tres duæ
שְׁתַּיִם שָׁלֹשׁ עָרִים אֶל־עִיר אַחַת לִשְׁתּוֹת מַיִם וְלֹא
Percussi .Dominus dixit ,me ad estis reversi non & : satiabuntur
9 יִשְׂבָּעוּ וְלֹא־שַׁבְתֶּם עָדַי נְאֻם־יְהוָה׃ הִכֵּיתִי
,vestras vineas &,vestros hortos *multiplicando*,rubigine in &,*uredine in* vos
אֶתְכֶם בַּשִּׁדָּפוֹן וּבַיֵּרָקוֹן הַרְבּוֹת גַּנּוֹתֵיכֶם וְכַרְמֵיכֶם
,me ad redistis non & *: Ghazam comedet* vestra oliveta & ,vestra ficeta &
וּתְאֵנֵיכֶם וְזֵיתֵיכֶם יֹאכַל הַגָּזָם וְלֹא־שַׁבְתֶּם עָדַי
, Ægypti via in pestilentiam vos in Misi .Dominus dixit
10 נְאֻם־יְהוָה׃ שִׁלַּחְתִּי בָכֶם דֶּבֶר בְּדֶרֶךְ מִצְרַיִם
: vestrorum equorum captivitate cum ,vestros *electos* gladio *in* occidi
הָרַגְתִּי בַחֶרֶב בַּחוּרֵיכֶם עִם שְׁבִי סוּסֵיכֶם
non & ; *vestrum nasum* in & vestrorum castrorum fœtorem feci ascendere &
וָאַעֲלֶה בְּאֹשׁ מַחֲנֵיכֶם וּבְאַפְּכֶם וְלֹא־
subversionem secundum vos *in* Subverti .Dominus dixit ,me ad redistis
11 שַׁבְתֶּם עָדַי נְאֻם־יְהוָה׃ הָפַכְתִּי בָכֶם כְּמַהְפֵּכַת
erutus torris sicut fuistis & ,Hamorah & , Sedom *Dei*
אֱלֹהִים אֶת־סְדֹם וְאֶת־עֲמֹרָה וַתִּהְיוּ כְּאוּד מֻצָּל
sic Quapropter .Dominus dixit ,me ad redistis non & : incendio de
12 מִשְּׂרֵפָה וְלֹא־שַׁבְתֶּם עָדַי נְאֻם־יְהוָה׃ לָכֵן כֹּה
teipsum præpara ,tibi faciam hoc quòd eo pro : Israel tibi faciam
אֶעֱשֶׂה־לְּךָ יִשְׂרָאֵל עֵקֶב כִּי־זֹאת אֶעֱשֶׂה־לָּךְ הִכּוֹן
creans & ,montes *formans* ecce Quia .Israel tui Dei occursum in
13 לִקְרַאת־אֱלֹהֶיךָ יִשְׂרָאֵל׃ כִּי הִנֵּה יוֹצֵר הָרִים וּבֹרֵא
,auroram *faciens* ,ejus *meditatio* quid homini *annuntians* & ,ventum
רוּחַ וּמַגִּיד לְאָדָם מַה־שֵּׂחוֹ עֹשֵׂה שַׁחַר
Deus Dominus : terræ excelsa super *calcans* & ;*obscuritatem*
עֵיפָה וְדֹרֵךְ עַל־בָּמֳתֵי אָרֶץ יְהוָה אֱלֹהֵי־
.ejus nomen exercituum
צְבָאוֹת שְׁמוֹ׃

CAP. V. ה

lamentum vos super *tollens ego* quod ,hoc verbum Audite
1 שִׁמְעוּ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אָנֹכִי נֹשֵׂא עֲלֵיכֶם קִינָה
: Israel virgo *surgere* addet non , Cecidit .Israel domus
2 בֵּית יִשְׂרָאֵל׃ נָפְלָה לֹא־תוֹסִיף קוּם בְּתוּלַת יִשְׂרָאֵל
dixit sic Quia .eam *suscitans* non ,suam *humum* super *est derelicta*
3 נִטְּשָׁה עַל־אַדְמָתָהּ אֵין מְקִימָהּ׃ כִּי כֹה אָמַר
: centum faciet dimittere ,mille *prodiens Urbe : Dominus* Dominus
אֲדֹנָי יְהוִה הָעִיר הַיֹּצֵאת אֶלֶף תַּשְׁאִיר מֵאָה
Quia .Israel domui decem faciet relinquere ,centum *prodiens* &
4 וְהַיּוֹצֵאת מֵאָה תַּשְׁאִיר עֲשָׂרָה לְבֵית יִשְׂרָאֵל׃ כִּי
.vivetis & ,me Quærite : Israel domui Dominus dixit sic
כֹּה אָמַר יְהוָה לְבֵית יִשְׂרָאֵל דִּרְשׁוּנִי וִחְיוּ׃

Versio VULG. LAT.

5 Et sacrificate de fermentato laudem :
& vocate voluntarias oblationes,
& annuntiate : sic enim
voluistis,filii Israel,dicit Dñs Deꝰ.
6 Unde & ego dedi vobis stuporem
dentium in cunctis urbibus vestris,
& indigentiam panum in
omnibus locis vestris:& non estis
reversi ad me, dicit Dominus.
7 Ego quoque prohibui à vobis imbrem,
cùm adhuc tres menses superessent
usque ad messem : &
plui super unam civitatem,& super
alteram civitatem non plui :
pars una compluta est ; & pars,
8 super quam non plui, aruit. Et
venerunt duæ & tres civitates ad
unam civitatē ut biberent aquā,
& non sunt satiatæ : & non redîstis
9 ad me, dicit Dominus. Percussi
vos in vento urente , & in
aurugine, multitudinem hortorum
vestrorum, & vinearum vestrarum :
oliveta vestra, & ficeta
vestra comêdit eruca: & non redîstis
10 ad me, dicit Dñs.Misi in vos
mortem in via Ægypti , percussi
in gladio juvenes vestros, usque
ad captivitatem equorum vestrorum :
& ascendere feci putredinem
castrorū vestrorum in nares
vestras : & non redîstis ad me,
11 dicit Dominus. Subverti vos,sicut
subvertit Deus Sodomam &
Gomorrhā,& facti estis quasi torris
raptus ab incendio:et non redîstis
12 ad me,dicit Dñs.Quapropter
hæc faciam tibi,Israel : postquàm
autem hæc fecero tibi, præparare
13 in occursum Dei tui,Israel. Quia
ecce formans montes, & creans
ventum , & annuntians homini
eloquium suum , faciens matutinam
nebulam, & gradiens super
excelsa terræ : Dominus Deus exercituum
nomen ejus.

CAP. V.

1 Audite verbum istud,quod ego
levo super vos planctum : Domus
Israel cecidit, & non adjiciet ut
2 resurgat. Virgo Israel projecta est
in terram suam, non est qui suscitet
3 eam. Quia hæc dicit Dominus
Deus ; Urbs de qua egrediebantur
mille,relinquentur in ea
centum : & de qua egrediebantur
centum, relinquentur in ea
4 decem in domo Israel. Quia hæc
dicit Dominus domui Israel;
Quærite me, & vivetis.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Translatione LATINA.

5 Καὶ ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον, καὶ ἐπεκαλέσαντο
ὁμολογίας. (η) ἀναγγείλατε, ὅτι ταῦτα ἠγάπησαν
οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, λέγει (θ) κύριος.
6 Καὶ ἐγὼ δώσω ὑμῖν γομφιασμὸν ὀδόντων
ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ὑμῶν, καὶ ἔνδειαν
ἄρτων ἐν (ι) πᾶσι τοῖς τόποις ὑμῶν· καὶ οὐκ
7 ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει κύριος. Καὶ
ἐγὼ ἀνέσχον ἐξ ὑμῶν τὸν ὑετὸν πρὸ τριῶν
μηνῶν τοῦ τρυγητοῦ, καὶ βρέξω ἐπὶ πόλιν
μίαν, ἐπὶ δὲ πόλιν μίαν οὐ βρέξω· μερὶς
μία βραχήσεται, καὶ μερὶς, ἐφ' ἣν οὐ βρέξω
8 (κ), ξηρανθήσεται. Καὶ συναθροισθήσονται
(λ) δύο καὶ τρεῖς πόλεις εἰς πόλιν μίαν τοῦ
πιεῖν ὕδωρ, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῶσι· καὶ (μ) οὐκ
9 ἐπεστράφητε πρός με, λέγει κύριος. Ἐπάταξα
ὑμᾶς ἐν πυρώσει, καὶ ἐν ἰκτέρῳ. ἐπληθύνατε
κήπους ὑμῶν, ἀμπελῶνας ὑμῶν,
καὶ (ν) συκεῶνας ὑμῶν, καὶ ἐλαιῶνας ὑμῶν
κατέφαγεν ἡ κάμπη· καὶ οὐδ' ὡς ἐπεστρέψατε
10 πρός με, λέγει κύριος. Ἐξαπέστειλα
εἰς ὑμᾶς θάνατον ἐν ὁδῷ Αἰγύπτου, καὶ
ἀπέκτεινα ἐν ῥομφαίᾳ τοὺς νεανίσκους ὑμῶν,
μετὰ αἰχμαλωσίας ἵππων σου, καὶ ἀνήγαγον
ἐν πυρὶ τὰς παρεμβολὰς (ξ) ἐν τῇ ὀργῇ
ὑμῶν· καὶ οὐδ' ὡς ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει
11 κύριος. Κατέστρεψα ὑμᾶς, καθὼς κατέστρεψεν
ὁ θεὸς Σόδομα καὶ Γόμορρα, καὶ ἐγένεσθε
ὡς δαλὸς ἐξεσπασμένος ἐκ πυρός·
καὶ οὐδ' ὡς ἐπεστρέψατε πρός με, λέγει κύριος.
12 Διατοῦτο οὕτως ποιήσω σοι Ἰσραήλ·
πλὴν ὅτι οὕτως ποιήσω σοι, ἑτοιμάζου τοῦ
13 ἐπικαλεῖσθαι τὸν θεόν σου Ἰσραήλ. Διότι ἰδοὺ
ἐγὼ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα,
καὶ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν αὐτοῦ,
ποιῶν ὄρθρον καὶ ὁμίχλην, καὶ ἐπιβαίνων
ἐπὶ τὰ (ο) ὑψηλὰ τῆς γῆς· Κύριος ὁ
θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ.

Et legerunt foris legem,& invocaverunt 5
confessiones. Annuntiate,
quia hæc dilexerunt filii Israel,
dicit Dominus. Et ego dabo 6
vobis (h) stuporem dentium in
cunctis urbibus vestris, & indigentiam
panum in omnibus locis
vestris. Et non estis reversi ad me,
dicit Dominus. Et ego repressi à 7
vobis pluviam ante tres menses
(i) vindemiæ: & pluam super civitatem
unam, & super civitatem
unam non pluam. Pars una
irrigabitur : & pars, super quam
non pluero,arefiet. Et congregabuntur 8
duæ, & tres civitates in
civitatem unam, ut bibant aquā:
& non satiabuntur. Et non estis
reversi ad me, dicit Dominus.
Percussi vos in (k)ardore, & in 9
aurugine. Multiplicâstis hortos
vestros,vineas vestras: & ficeta
vestra, & oliveta vestra comêdit
eruca. Et ne sic quidem conversi
estis ad me, dicit Dominus. Emisi 10
in vos mortem in via Ægypti, &
occîdi in gladio juvenes vestros,
cum captivitate equorum vestrorum.
Et eduxi in igne (l) castra
in ira vestra: Et ne sic quidem reversi
estis ad me,dicit Dominus. 11
Subverti vos , sicut subvertit
Deus Sodomam, et Gomorrham:
& facti estis sicut torris erutus
de igne. Et ne sic quidem conversi
estis ad me, dicit Dominus.
Propterea sic faciam tibi, Israel. 12
(m)Veruntamen, quia sic faciam
tibi, (n) præparare, ut invoces
Deum tuum,Israel. Quia ecce ego 13
firmans (o)tonitruum, & creans
spiritum, & annuntians in
homines(p)Christum suum, faciens
manè, & nebulam,& ascendens
super excelsa terræ: Dominus
Deus omnipotens nomen ei.

MS.A. (η) ἀπαγγείλατε, (θ) κύριος ὁ θεός. (ι) πάσαις ταῖς πόλεσιν (κ) ἐπ' αὐτήν, (λ) δύο πόλεις, καὶ τρεῖς πόλεις (μ) οὐδ' ὡς ἐπεστρέψατε (ν) συκῶνας (ξ) ὑμῶν ἐν τῇ ὀργῇ μου· (ο) ὕψη τῆς

ΚΕΦ. ε'.

1 ΑΚούσατε τὸν λόγον κυρίου τοῦτον, ὃν ἐγὼ
λαμβάνω ἐφ' ὑμᾶς, θρῆνον. Οἶκος
Ἰσραὴλ ἔπεσεν, οὐκέτι μὴ (α) προσθήσει
2 τοῦ ἀναστῆναι· Παρθένος τοῦ Ἰσραὴλ ἔσφαλεν
ἐπὶ τῆς (β) γῆς αὐτοῦ, οὐκ ἔστιν ὁ ἀναστήσων
3 αὐτήν. (γ) Διατοῦτο τάδε λέγει κύριος κύριος,
Ἡ πόλις ἐξ ἧς (δ) ἐξεπορεύοντο χίλιοι,
ὑπολειφθήσονται ἑκατόν. καὶ ἐξ ἧς (ε) ἐξεπορεύοντο
ἑκατὸν, ὑπολειφθήσονται δέκα τῷ
4 οἴκῳ Ἰσραήλ. Διότι τάδε λέγει κύριος
πρὸς τὸν οἶκον Ἰσραήλ, Ἐκζητήσατέ με,
καὶ ζήσεσθε.

CAP. V.

Audite verbum (a) Dominī 1
istud,quod ego assumo super vos,
planctum. Domus Israel cecidit:
nō adjiciet ampliùs, ut resurgat.
Virgo Israel projecta est super 2
terram ejus: non est, qui suscitet
eam. Propterea hæc dicit Dominꝰ 3
Dominus; Urbs,de qua egrediebantur
mille , relinquentur centum :
& de qua egrediebantur
centum; relinquentur decem domui
Israel. Quia hæc dicit Dominus 4
ad domum Israel; Quærite
me, & vivetis:

MS.A. (α) πρόσθῃ (β) γῆς, οὐκ ἔστιν (γ) Διότι (δ) ἐπορεύοντο (ε) ἐπορεύοντο

תרגום יונתן Targum JONATHAN.

5 ומגבן מן אונס תודתא ומיתן ליה בזמר ואמרין דין לרעוא ארי כן רחמתון בית
6 ישראל אמר יי אלהים : ואף אנא יהבית לכון אקהיות שנין בכל קרויכון וחסרות
7 מזון בכל אתריכון ולא תבתון לפולחני אמר יי : ואף אנא מנעית מנכון ית מטרא
בסוף תלתא ירחין לזמן חצדא ואחית מטרא על קרתא חדא ועל קרתא חדא לא
אחית מטרא אחסנתא חדא יחות עלה מטרא ואחסנתא דלא יחות עלה מטרא
8 תיבש : וישתלהון תרתין תלת קרוין לקרתא חדא למשתי מיא ולא יסבעון ולא
9 תבתון לפולחני אמר יי : מחיתי יתכון בשדפנא ובירקנא סגיות גניכון וכרמיכון
10 ותיניכון וזיתיכון אכלא זחלא ולא תבתון לפולחני אמר יי : שלחית בכון מותא כד
באורח מצרים קטלית בחרבא עולימכון עם שבי סוסותכון ואסקית סרות משריתכון
11 ובאפיכון ולא תבתון לפולחני אמר יי : רחיק מימרי יתכון כמא דרחיק יי ית סדום
12 וית עמורה והויתון כאוד משיזב מיקדא ולא תבתון לפולחני אמר יי : בכן מה
אעביד לך ישראל חלף דלא תבת לאוריתא דא אעביד לך אתקשט לקבלא אולפן
13 אוריתא דאלהך ישראל : ארי הא מתגלי דיצר טוריא וברא רוחא לחואה לאנשא
מה עובדוהי לאתקנאה נהור לצדיקיא כנהור צפרא דאזיל ותקין לאיתאה חשוך
לרשעיא למתבר רשעי ארעא יי אלהי צבאות שמיה :

ה

1 2 קבילו ית פתגמא הדין די אנא נטיל עליכון אליא בית ישראל : נפלת לא תוסיף למקם
3 שתא הדא כנשתא דישראל אתרטישת על ארעא לית די קימנה : ארי כדנן אמר יי
אלהים קרתא דיפקון מנה אלפא ישתארון בה מאה ודיפקון מנה מאה ישתארון בה
4 עד עסרא לבית ישראל : ארי כדנן אמר יי לבית ישראל תבעו דחלתי ואתקימו :

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

Colligunt autem ex rapina sacrificium gratiarū actionis, & adducunt illud 5
cum cantico,dicentes: Hoc est in beneplacitū,sic enim dilexistis filii Israel,
ait Dñs Deus. Ego quoque dedi vobis stuporem dentiū in omnibus urbibꝰ 6
vestris,& indigentiam cibi in omnibꝰ locis vestris:attamen non convertimini
ad cultū meum,dicit Dñs. Deindè ego prohibui à vobis pluviam in fine 7
trium mensium tempore messis:ac imbrem demisi super civitatem unam,sed
super aliam non demisi:super hæreditatem unam descendet pluvia;at hæreditas
super quam minimè descenderit pluvia,arescet. Et cum lassitudine duæ 8
vel tres civitates aspirabunt ad urbem unam ut bibant aquam,sed non saturabuntur:
nec tamen convertimini ad cultum meum,dicit Dñs. Percussi vos 9
uredine & ærugine,multitudinem hortorum vestrorum,vinearum vestrarū,
ficuum vestrarum,olearúmq; vestrarum corrosit bruchus : nec estis conversi
ad cultum meum, dicit Dñs. Misi contra vos pestilentiam quando in via 10
Ægypti eratis : occidi gladio juvenes vestros cum captivitate equorum vestrorum,
atq; ascendere feci fœtorem castrorum vestrorum idq; in nares vestras:
nec minꝰ conversi estis ad cultū meū,dicit Dñs. Abominatum est Verbum 11
meum vos,non aliter ac aversatus est Dñs Sodomam & Gomorrham;
& facti estis quasi torris erutus ab incendio : nihilominꝰ non estis conversi
ad cultum meū,dicit Dñs.Propterea *quod* faciā tibi Israel,propterea quòd 12
nequaquam conversus es ad Legem, hoc tibi faciam : adorna te ut suscipias
doctrinam Legis Dei tui Israel. Ecce námque fit conspicuus qui plasmavit 13
montes,& creavit ventum,ut annuntiet hominibꝰ quanta sint ejꝰ opera,& ut
præparet lumen justis quasi lumē matutinū: qui incedit & præparat adducere
tenebras impiis,ut conterat impios terræ. Dñs Deus exercituū nomen ejus.

CAP. V.

Suscipite verbū istud quod ego assumo super vos in lamentū,domꝰ Israel. 1
Cecidit,nec addet ut resurgat anno *hoc* cœtꝰ Israel:prostrata est super terrā, 2
nec est qui suscitet eam. Nam sic inquit Dominus,In civitate de qua egre- 3
diebantur mille, remanebunt centum ; & de qua centum exibant , usque
ad decē superstites erunt in domo Israel. Quandoquidem ita dicit Dominus 4
domui Israel, Requirite timorem mei, & vivetis.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

* ܘܩܪܒܘ ܡܢ ܚܡܝܪܐ ܬܘܕܝܬܐ .· ܘܢܕܪܘ ܢܕܪܐ ܘܫܠܡܘ. ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܪܚܡܬܘܢ 5
ܒܢܝ ܕܐܝܣܪܝܠ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. * ܘܐܦ ܐܢܐ ܝܗܒܬ ܠܟܘܢ ܩܗܝܘܬܐ ܕܫܢܐ ܒܟܠܗܝܢ 6
ܡܕܝܢܬܟܘܢ. ܘܒܨܝܪܘܬܐ ܕܠܚܡܐ ܒܟܠܗܘܢ ܐܬܪܘܬܟܘܢ. ܘܠܐ ܐܬܦܢܝܬܘܢ ܠܘܬܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ.
* ܘܐܦ ܐܢܐ ܟܠܝܬ ܡܢܟܘܢ ܡܛܪܐ .· ܩܕܡ ܠܚܨܕܐ ܬܠܬܐ ܝܪܚܝܢ. ܘܐܡܛܪܬ ܡܛܪܐ ܥܠ ܡܕܝܢܬܐ 7
ܚܕܐ ܘܥܠ ܚܕܐ ܠܐ. ܘܥܠ ܦܠܓܘܬܐ ܗܕܐ ܢܚܬ ܥܠܝܗ ܡܛܪܐ. ܘܡܢܬܐ ܕܠܐ ܢܚܬ ܥܠܝܗ
ܡܛܪܐ ܝܒܫܬ. * ܘܡܬܟܢܫܢ ܬܪܬܝܢ ܬܠܬ ܡܕܝܢܢ ܠܡܕܝܢܬܐ ܚܕܐ .· ܕܢܫܬܘܢ ܡܝܐ. ܘܠܐ 8
ܣܒܥܝܢ. ܘܠܐ ܐܬܦܢܝܬܘܢ ܠܘܬܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. * ܡܚܝܬܟܘܢ ܒܫܘܒܐ ܘܒܝܪܩܢܐ ܘܒܒܪܕܐ. 9
ܘܣܘܓܐܐ ܕܦܪܕܝܣܝܟܘܢ ܘܕܟܪܡܝܟܘܢ ܘܕܬܐܢܝܟܘܢ ܘܕܙܝܬܝܟܘܢ. ܐܟܠ ܩܡܨܐ. ܘܠܐ
ܐܬܦܢܝܬܘܢ ܠܘܬܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. * ܫܕܪܬ ܒܟܘܢ ܡܘܬܢܐ ܒܐܘܪܚܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܘܩܛܠܬ ܒܚܪܒܐ 10
ܠܥܠܝܡܝܟܘܢ. ܥܡ ܫܒܝܬܐ ܕܪܟܫܟܘܢ. ܘܐܣܩܬ ܣܪܝܘܬܐ ܕܡܫܪܝܬܟܘܢ ܠܐܦܝܟܘܢ. ܘܠܐ ܐܬܦܢܝܬܘܢ
ܠܘܬܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. * ܘܗܦܟܬ ܒܟܘܢ. ܐܝܟ ܕܗܦܟ ܐܠܗܐ ܠܣܕܘܡ ܘܠܥܡܘܪܐ. ܘܗܘܝܬܘܢ 11
ܐܝܟ ܐܘܕܐ ܕܐܬܦܨܝ ܡܢ ܝܩܕܢܐ. ܘܠܐ ܐܬܦܢܝܬܘܢ ܠܘܬܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܟܢܐ 12
ܐܥܒܕ ܠܟ ܐܝܣܪܝܠ .· ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܥܒܕ ܐܢܐ ܠܟ. ܐܬܛܝܒ ܐܝܣܪܝܠ ܕܬܦܓܥ ܠܐܠܗܟ.
* ܡܛܠ ܕܗܘ ܕܒܪܐ ܛܘܪܐ ܘܒܪܐ ܪܘܚܐ : ܘܡܚܘܐ ܠܒܢܝܢܫܐ ܡܢܘ ܗܝ ܬܫܒܘܚܬܗ .·. 13
ܥܒܕ ܨܦܪܐ ܚܫܘܟܐ .· ܘܕܐܫ ܥܠ ܪܘܡܗ ܕܐܪܥܐ. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ ܫܡܗ.

*ܩܦܠܐܘܢ * ܗ *

* ܫܡܥܘ ܡܠܬܐ ܗܕܐ ܕܐܢܐ ܫܩܠ ܥܠܝܟܘܢ ܐܘܠܝܬܐ. ܒܝܬ 1
ܐܝܣܪܝܠ :· * ܢܦܠܬ ܘܠܐ ܬܘܣܦ ܠܡܩܡ ܒܬܘܠܬܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܐܬܪܡܝܬ ܥܠ ܐܪܥܐ. 2
ܘܠܝܬ ܕܡܩܝܡ ܠܗ. * ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܡܪܐ ܡܪܘܬܐ. ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܩܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ 3
ܐܠܦ .· ܢܫܬܚܪܘܢ ܒܗ ܡܐܐ. ܘܕܢܦܩܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ ܡܐܐ .· ܢܫܬܚܪܘܢ ܒܗ ܥܣܪܐ
ܠܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ. * ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ. ܒܥܘܢܝ ܘܬܚܘܢ. 4

* Offerte de ſermentato gratiarum actionem ; 5
vovete votum, & ſolvite. Quandoquidē ita
amâſtis Iſraelitæ, dicit Dominus ; Ego quoq; 6
dedi vobis ſtuporem dentium in cunctis urbibus
veſtris, & penuriam panis in omnibus
regionibus veſtris ; attamen non converſi
eſtis ad me, dicit Dominus. Præterea ego ne- 7
gavi vobis pluviam tribus menſibus ante meſſem ;
& demiſi pluviam ſuper urbem unam,
ſuper alteram verò non ; & ſuper mediā hanc
partē decidit pluvia, pars autē ſuper quam nō
decidit pluvia, exaruit : Concurrebant duæ 8
vel tres urbes ad urbē unā, ut biberent aquā,
& non ſaturabantur ; nec tamen converſi eſtis
ad me, dicit Dominus. Percuſſi vos vento ca- 9
lido, uredine, & grandine : & multitudinem
hortorum, vinearum, ficuum, & olearum ve-
ſtrarum comēdit eruca ; tamen non eſtis con-
verſi ad me, dicit Dominus. Miſi in vos peſtē 10
in itinere Ægypti, & peremi gladio juvenes
veſtros cum captivitate equorum veſtrorum,
percuſſiq; odore fœtoris veſtri facies veſtras ;
nec tamen converſi eſtis ad me, dicit Domi-
nus. Subverti *urbes* in vobis, quemadmodum 11
ſubvertit Deus Sodomam & Gomorram, &
fuiſtis quaſi titio erutus è flamma ; nec tamen
converſi eſtis ad me, dicit Dominus. His de 12
rebus ita facturus tandē ſum tibi Iſrael. *Et*
quoniā id factur⁹ ſum tibi, paratus eſto Iſrael,
ad invocandum Deum tuum. Nam qui crea- 13
vit montes, & oſtendit hominibus quanta ſit
gloria ſua, *quique* reddit aurorā caliginē, &
terit altitudinē terræ ; Dn̄s Deus potentiſſimus
eſt nomen ejus.

CAP. V.

Audite verbum hoc lamentabile quod ego 1
profero de vobis Iſraelitæ. Cecidit, nec ampli- 2
ùs reſurget virgo Iſraelis : relicta eſt humi, nec
eſt qui erigat eam. Sic enim ait Dominus do- 3
minorum ; In ea urbe, è qua egrediebantur
mille, centum remanebunt ; & in ea, è qua
centum egrediebantur, decem remanebunt
Iſraelitis. Nam ſic ait Dominus Iſraelitis ; 4
Quærite me, ut vivatis :

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

* وقروا الناموس خارجا * ودعوا اعترافا * اخبروا من اجل ان هذه كلها احبها بنو اسرائيل 5
يقول الرب الاله * وانا اعطيتكم ضرس الاسنان في جميع مدنكم وقلة الخبز في جميع 6
مواضعكم * ولم ترجعوا الي يقول الرب * وانا امسكت عنكم المطر قبل ثلاثة شهور 7
من القطاف * وامطر على مدينة واحدة وعلى مدينة واحدة لا امطر * مارس واحد يمطر *
والمارس الذي لم امطر عليه يجف * وتجمع مدينتان وثلاثة مدن الى مدينة واحدة 8
لتشرب ماء فلا يمتلين * وهكذا لم ترجعوا الي يقول الرب * ضربتكم بالسموم واليرقان * 9
اكثرتم بساتينكم * وكرومكم وتينكم وزيتونكم اكلهم الدود * وهكذا لم ترجعوا الي
يقول الرب * ارسلت اليكم موتا في طريق مصر * وقتلت بالسيف شبابكم مع سبي خيولكم * 10
واذهبت عساكركم بنار بغضبي * وهكذا لم ترجعوا الي يقول الرب * خسفت بكم كما خسف 11
الله بسدوم وعامورا * وصرتم مثل العود المخرج من النار * وهكذا لم ترجعوا الي يقول الرب *
* من اجل هذا هكذا اصنع بك يا اسرائيل * لكني اني هكذا اصنع بك * استعد 12
لتدعوا الهك يا اسرائيل * من اجل اني ها انا مثبت الرعد * وخالق الريح * ومخبر 13
البشر بمسيحه * الصانع غلسا وضبابا * والراكب على اعالي الارض * الرب الضابط
الكل اسمه *

* الفصل الخامس *

* اسمعوا هذا القول الذي انا احك عليكم مرثيه * بيت اسرائيل سقط * ومنذ الان لا 1 2
يعود ان يقوم * عذراء اسرائيل سقطت على ارضها * وليس يكون من يقيمها * من اجل 3
انه هكذا يقول الرب الرب * المدينة التي منها خرج الف فيبقى مايه * والتي خرج منها مايه
فيبقى عشر لبيت اسرائيل * من اجل انه هكذا يقول الرب لبيت اسرائيل * اطلبوني فتحيون * 4

* *Et legem foris legerunt, & hoc confeſſi-* 5
*onem vocaverunt. Annuntiate quòd hæc
omnia dilexerunt filii Iſraelis, ait Domi-
nus Deus. Et ego dedi vobis ſtuporem* 6
*dentium in cunctis urbibus veſtris, & de-
fectum panis in cunctis locis veſtris : at-
tamen non eſtis ad me reverſi, dicit Do-
minus. Ego etiam detinui à vobis im-* 7
*brem tribus menſibus ante vindemiam :
pluviam demitto ſuper urbem unam, &
ſuper alteram urbem non demitto pluvi-
am : ager unus incultus pluviā irrigatur,
& ager ſuper quem non demitto pluviam,
areſcit : Confluunt duæ urbes & tres* 8
*urbes ad urbem unam ut bibant aquam,
& non explentur : ſed ne hoc pacto
reverſi eſtis ad me, dicit Dominus. Per-* 9
*cuſſi vos vento calido & aurigine : multi-
plicâſtis hortos veſtros , at vineas ,
veſtras, ficus, & oleas veſtras comede-
runt vermes ; ſed ne ſic reverſi eſtis ad
me, dicit Dominus. Miſi in vos mor-* 10
*tem in via Ægypti, occidi gladio ju-
venes veſtros cum captivitate equorum
veſtrorum, & igne abripui exercitus
veſtros in furore meo ; at ne ſic reverſi
eſtis ad me, dicit Dominus. Subverti* 11
*vos quemadmodum ſubvertit Deus So-
domam & Gomorram, & facti eſtis ut
lignum extractum ex igne ; at ne ſic re-
verſi eſtis ad me, dicit Dominus : Pro-* 12
pterea ſic faciam tibi O Iſrael. * *Quoni-
am autem ſic tibi facturus ſum, præpara
te ad invocandum Deum tuum O Iſrael.
Nam ecce ego ſum qui firmo tonitruum,* 13
*qui ventum creo, & annuntio homi-
nibus Chriſtum ejus, qui matutinum &
caliginem facio, quique inſideo excelſis
terræ : Dominus Deus omnia tenens eſt
nomen ejus.*

CAP. V.

* *Audite ſermonem iſtum quem ego* 1
ſumo de vobis in luctum. Domus Iſ- 2
*raelis cecidit, & poſthac iterum non
ſurget : virgo Iſraelis cecidit ſuper terram
ſuam, nec erit qui erigat eam. Nam* 3
*ita dicit Dominus Dominus ; urbs è
qua prodibant mille, redigetur ad cen-
tum, & è qua prodibant centum, redi-
getur ad decem, in domo Iſraelis. Nam* 4
*ita dicit Dominus domui Iſraelis ; Quæ-
rite me, & vivetis :*

עָמוֹס : ה

Sebah-Beer & ,ingrediemini non Ghilghal & , el--Beth quæratis ne Et
וְאַל־תִּדְרְשׁוּ בֵּית־אֵל וְהַגִּלְגָּל לֹא תָבֹאוּ וּבְאֵר שֶׁבַע 5
el--Beth & ,demigrabit demigrando Ghilghal quia : transibitis non
לֹא תַעֲבֹרוּ כִּי הַגִּלְגָּל גָּלֹה יִגְלֶה וּבֵית אֵל
fortè ne : vivetis & ,Dominum Quærite .nihilum in erit
6 יִהְיֶה לְאָוֶן׃ דִּרְשׁוּ אֶת־יְהוָה וִחְיוּ פֶּן־
extinguens non & , *comedat* & , Joseph domum ignis quasi findat
יִצְלַח כָּאֵשׁ בֵּית יוֹסֵף וְאָכְלָה וְאֵין־מְכַבֶּה
terra in justitiam & : judicium absinthium in *Vertentes* .el--Beth in
7 לְבֵית־אֵל׃ הַהֹפְכִים לְלַעֲנָה מִשְׁפָּט וּצְדָקָה לָאָרֶץ
mane in convertens & ,Orionem & ,Arcturum *Faciens* .reliquerunt
8 הִנִּיחוּ׃ עֹשֵׂה כִימָה וּכְסִיל וְהֹפֵךְ לַבֹּקֶר
aquas *vocans* : *fecit* tenebrescere noctem diem & ,mortis umbram
צַלְמָוֶת וְיוֹם לַיְלָה הֶחְשִׁיךְ הַקּוֹרֵא לְמֵי־
.ejus nomen Dominus , terræ *faciebus super* eas effundit & , maris
הַיָּם וַיִּשְׁפְּכֵם עַל־פְּנֵי הָאָרֶץ יְהוָה שְׁמוֹ׃
munitionem super vastator & : robustum super vastatorem *Confortans*
9 הַמַּבְלִיג שֹׁד עַל־עָז וְשֹׁד עַל־מִבְצָר
perfectè loquentem & ,corripientem porta in Oderunt .veniet
10 יָבוֹא׃ שָׂנְאוּ בַשַּׁעַר מוֹכִיחַ וְדֹבֵר תָּמִים
tritici onus & ,*tenuem super vos conculcare pro* Idcirco .sunt abominati
11 יְתָעֵבוּ׃ לָכֵן יַעַן בּוֹשַׁסְכֶם עַל־דָּל וּמַשְׂאַת־בַּר
: *eis in* habitabitis non & , ædificâstis *incisionis domos* , eo ab tulistis
תִּקְחוּ מִמֶּנּוּ בָּתֵּי גָזִית בְּנִיתֶם וְלֹא־תֵשְׁבוּ בָם
Quia .earum vinum bibetis non & , plantâstis *desiderii* vineas
12 כַּרְמֵי־חֶמֶד נְטַעְתֶּם וְלֹא תִשְׁתּוּ אֶת־יֵינָם׃ כִּי
hostes : vestra peccata fortia & ,vestras prævaricationes multas cognovi
יָדַעְתִּי רַבִּים פִּשְׁעֵיכֶם וַעֲצֻמִים חַטֹּאתֵיכֶם צֹרְרֵי
fecerunt declinare porta in *egenos &* , *propitiationem* accipientes *justi*
צַדִּיק לֹקְחֵי כֹפֶר וְאֶבְיוֹנִים בַּשַּׁעַר הִטּוּ׃
malum tempus quia : tacebit ipso tempore in intelligens Ideo
13 לָכֵן הַמַּשְׂכִּיל בָּעֵת הַהִיא יִדֹּם כִּי עֵת רָעָה
sic erit & : vivatis ut , malum non & ,bonum Quærite .*ipsum*
14 הִיא׃ דִּרְשׁוּ־טוֹב וְאַל־רָע לְמַעַן תִּחְיוּ וִיהִי־כֵן
.dixistis sicut , vobiscum exercituum Deus Dominus
יְהוָה אֱלֹהֵי־צְבָאוֹת אִתְּכֶם כַּאֲשֶׁר אֲמַרְתֶּם׃
: judicium porta in constituite & ,bonum diligite & ,malum habete Odio
15 שִׂנְאוּ־רָע וְאֶהֱבוּ טוֹב וְהַצִּיגוּ בַשַּׁעַר מִשְׁפָּט
.Joseph residuo exercituum Deus Dominus misereatur fortè si
אוּלַי יֶחֱנַן יְהוָה אֱלֹהֵי־צְבָאוֹת שְׁאֵרִית יוֹסֵף׃
: dominator exercituum Deus Dominus dixit sic Propterea
16 לָכֵן כֹּה־אָמַר יְהוָה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת אֲדֹנָי
,heu : dicent plateis cunctis in & , planctus plateis omnibus In
בְּכָל־רְחֹבוֹת מִסְפֵּד וּבְכָל־חוּצוֹת יֹאמְרוּ הוֹ־
scientes ad planctum & ,luctum ad agricolam vocabunt Et .heu
הוֹ וְקָרְאוּ אִכָּר אֶל־אֵבֶל וּמִסְפֵּד אֶל־יוֹדְעֵי
,*tuo interiori in* transibo quia :planctus vineis omnibus in Et .*querimoniam*
17 נֶהִי׃ וּבְכָל־כְּרָמִים מִסְפֵּד כִּי־אֶעֱבֹר בְּקִרְבְּךָ
: Domini diem desiderantibus Væ .Dominus dixit
18 אָמַר יְהוָה׃ הוֹי הַמִּתְאַוִּים אֶת־יוֹם יְהוָה
.lux non & ,*tenebrositas* , hæc Domini dies ? vobis hoc quid ut
לָמָּה־זֶּה לָכֶם יוֹם יְהוָה הוּא־חֹשֶׁךְ וְלֹא־אוֹר׃
: ursus ei occurrat & , leonis *faciebus* à vir fugiat Quomodo
19 כַּאֲשֶׁר יָנוּס אִישׁ מִפְּנֵי הָאֲרִי וּפְגָעוֹ הַדֹּב
cũ mordeat & , *pariete super* sua manu innitatur & ,domum ingrediatur &
וּבָא הַבַּיִת וְסָמַךְ יָדוֹ עַל־הַקִּיר וּנְשָׁכוֹ
? coluber
הַנָּחָשׁ׃

Versio VULG. LAT.

5 Et nolite quærere Bethel, & in
Galgalam nolite intrare, & in
Bersabee non transibitis : quia
Galgala captiva ducetur, & Beth-
6 el erit inutilis. Quærite Do-
minum, & vivite : ne fortè com-
buratur ut ignis domus Joseph, &
devorabit, & non erit qui ex-
7 tinguat Bethel. Qui convertitis
in absinthium judicium, & justi-
8 tiam in terra relinquitis. Faci-
entem Arcturum & Orionem, &
convertentẽ in manè tenebras, &
diẽ in noctẽ mutantẽ : qui vocat
aquas maris, & effundit eas super
faciem terræ : Dominus nomen
9 est ejus. Qui subridet vastitatem
super robustum, & depopulatio-
10 nem super potentem affert. Odio
habuerunt corripientem in por-
ta: & loquentẽ perfectè abomina-
11 ti sunt. Idcircò, pro eo quòd di-
ripiebatis pauperem, & prædam
electam tollebatis ab eo : domos
quadro lapide ædificabitis, &
non habitabitis in eis : vineas
plantabitis amantissimas, & non
12 bibetis vinum earum. Quia cog-
novi multa scelera vestra, &
fortia peccata vestra : hostes justi
accipientes munus, & pauperes
13 deprimentes in porta : Ideò pru-
dens in tempore illo tacebit,
14 quia tempus malum est. Quærite
bonum, & non malum, ut vivatis:
& erit Dominus Deus exercituũ
15 vobiscum, sicut dixistis. Odite
malum, & diligite bonum, &
constituite in porta judicium : si
fortè misereatur Dominus Deus
16 exercituum reliquiis Joseph. Pro-
ptereà hæc dicit Dominus Deus
exercituum dominator; In omni-
bus plateis planctus: & in cunctis,
quæ foris sunt, dicetur; Væ, væ: &
vocabunt agricolam ad luctum,
& ad planctum eos qui sciunt
17 plangere. Et in omnibus vineis
erit planctus : quia pertransibo
18 in medio tuî, dicit Dominus. Væ
desiderantibus diem Domini :
ad quid eam vobis? dies Do-
mini ista, tenebræ, & non lux.
19 Quomodò si fugiat vir à facie
leonis, & occurrat ei ursus : &
ingrediatur domum, & innitatur
manu suâ super parietem, &
mordeat eum coluber.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

Cum Translatione LATINA.

5 Καὶ μὴ ἐκζητεῖτε Βαιθὴλ, καὶ εἰς Γάλγαλα
μὴ εἰσπορεύεσθε, καὶ ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου μὴ
(ε) διαβαίνετε, ὅτι Γάλγαλα αἰχμαλωτευ-
ομένη αἰχμαλωτευθήσεται, καὶ Βαιθὴλ ἔσται
6 ὡς οὐχ ὑπάρχουσα. Ἐκζητήσατε τὸν κύριον,
καὶ (·) ζήσατε, ὅπως μὴ ἀναλάμψῃ ὡς πῦρ ὁ
οἶκος Ἰωσὴφ, καὶ (ʺ) καταφάγῃ αὐτὸν, καὶ οὐκ
7 ἔσται ὁ σβέσων τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. (ζ) Ὁ ποι-
ῶν εἰς ὕψος κρίμα, καὶ δικαιοσύνην εἰς γῆν
8 ἔθηκεν· (η) Ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευά-
ζων, καὶ ἐκτρέπων εἰς τὸ πρωῒ σκιὰν, καὶ ἡ-
μέραν εἰς νύκτα συσκοτάζων, ὁ προσκαλού-
μενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων αὐ-
τὸ ἐπὶ (θ) πρόσωπον τῆς γῆς· Κύριος ὄνο-
9 μα αὐτῷ. Ὁ διαιρῶν συντριμμὸν ἐπὶ
ἰσχὺν, καὶ ταλαιπωρίαν ἐπὶ ὀχύρωμα ἐπά-
10 γων. Ἐμίσησαν ἐν πύλαις ἐλέγχοντα,
11 καὶ λόγον ὅσιον ἐβδελύξαντο. Διατοῦτο
ἀνθ' ὧν κατεκονδύλιζον (ι) πτωχοὺς, καὶ δῶρα
ἐκλεκτὰ ἐδέξασθε παρ' αὐτῶν, οἴκους (κ) ξε-
στοὺς ᾠκοδομήσατε, καὶ οὐ μὴ κατοικήσητε ἐν
αὐτοῖς· (λ) ἀμπελῶνας ἐπιθυμητοὺς (μ) ἐ-
φυτεύσατε, καὶ οὐ μὴ πίητε τὸν οἶνον αὐτῶν.
12 Ὅτι ἔγνων πολλὰς ἀσεβείας ὑμῶν, καὶ ἰσχυ-
ραὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν, καταπατοῦντες δίκαι-
ον, λαμβάνοντες ἀλλάγματα, καὶ πένητας
13 ἐν πύλαις ἐκκλίνοντες. Διατοῦτο ὁ συνιὼν
ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σιωπήσεται, ὅτι καιρὸς
14 (ν) πονηρῶν ἐστιν. Ἐκζητήσατε τὸ καλὸν,
καὶ μὴ (ξ) πονηρὸν, ὅπως ζήσητε, καὶ ἔσται οὕτως
μεθ' ὑμῶν κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὃν
15 τρόπον εἴπατε, Μεμισήκαμεν (ο) τὰ πονηρὰ,
καὶ ἠγαπήσαμεν τὰ καλά· καὶ ἀποκαταστήσατε
ἐν πύλαις κρίμα, ὅπως (ʻ) ἐλεήσῃ κύριος ὁ
θεὸς ὁ παντοκράτωρ τοὺς περιλοίπους τοῦ Ἰ-
16 ωσήφ. Διατοῦτο τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς
ὁ παντοκράτωρ, Ἐν πάσαις (π) ταῖς πλατείαις
κοπετὸς, καὶ ἐν (ʺ) πάσαις ταῖς ὁδοῖς ῥηθήσεται,
Οὐαὶ, οὐαί. κληθήσεται γεωργὸς εἰς πένθος
17 καὶ κοπετὸν, καὶ εἰς (ρ) εἰδότας θρῆνον. Καὶ
ἐν πάσαις ὁδοῖς κοπετὸς, διότι (σ) ἐλεύσο-
18 μαι διὰ μέσου σου, εἶπε κύριος. Οὐαὶ οἱ
ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν κυρίου. ἵνατί αὕτη
ὑμῖν ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου; καὶ αὐτή ἐστι σκότος
19 καὶ οὐ φῶς. Ὃν τρόπον (τ) ἐὰν φύγῃ ἄνθρω-
πος ἐκ προσώπου τοῦ λέοντος, καὶ ἐμπέσῃ
αὐτῷ ἡ ἄρκος, καὶ (¨) εἰσπηδήσῃ εἰς τὸν οἶκον
αὐτοῦ, καὶ (υ) ἀπερείσηται τὰς χεῖρας αὐτοῦ
(φ) ἐπὶ τὸν τοῖχον, καὶ δάκῃ αὐτὸν ὄφις.

Et nolite quærere Bethel, & in 5
Galgala ne ingrediamini, & su-
per Puteũ juramenti non trans-
eatis : quia Galgala captivata
captivabitur : & Bethel erit,
quasi non sit. Quærite Domi- 6
num, & vivite, ne succendatur,
ut ignis, domus Joseph, & devo-
ret eam, & non erit, qui extin-
guat domui Israel. Qui facit in 7
excelso judicium, & justitiam in
terra posuit : Qui facit (b) o- 8
mnia, & transformat, & con-
vertit in manè (c) umbram, &
diem in noctem contenebrat: Qui
vocat aquam maris, & effundit
eam super faciem terræ: (d) Do-
minus nomen ei. Qui (e) divi- 9
dit contritionem super fortitudi-
nem, & miseriam super munitio-
nem adducit. Odio habuerunt in 10
portis arguentem, & (f) verbum
sanctum abominati sunt. Propter- 11
eà, quia pugno (g) percutiebant
pauperes, & munera electa ac-
cipiebatis ab eis; domos dolatis
lapidibus ædificâstis, & non
habitabitis in eis : vineas deside-
rabiles plantâstis, & non bibetis
vinum earum. Quia cognovi 12
multas impietates vestras : &
fortia sunt peccata vestra : con-
culcantes justum, accipientes (h)
commutationes, & pauperes in
portis (i) declinantes. Ideò qui 13
intelligit, in tempore illo silebit :
quia tempus (k) malorum est.
Quærite bonum, & non malum, 14
ut vivatis. Et erit sic vobiscum
Dominus Deus omnipotens; sicut
dixistis; Odio habuimus mala, & 15
dileximus bona. Et reddite in
portis judicium; ut misereatur
Dominus Deus omnipotens his,
qui reliqui sunt de Joseph. Ideò 16
hæc dicit Dominus Deus omnipo-
tens; In cunctis plateis planctus:
& in omnibus viis dicetur; Væ,
væ. Vocabitur agricola ad lu-
ctum, & planctum : (l) & in eis,
qui sciunt lamentationem, Et in 17
omnibus viis planctus : quia (m)
pertransibo per medium tuî, dicit
Dominus. Væ desiderantibus di- 18
em Domini. Ut quid hæc vobis
dies Domini? Et ea est tenebræ,
& non lux. Quomodò si fugiat 19
homo à facie leonis, & (n) in-
cidat in eum ursus; & introeat
in domum suam, & innitatur
manibus suis super parietem, & mordeat eum coluber.

MS.A. (ε) ἀναβαίνετε, (·) ζήσετε, (ʺ) καταφάγεται, (ζ) Κύριος ὁ θεὸς ὁ ποι-
ῶν (η) Ποιῶν (θ) προσώπου τῆς γῆς· Κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνο-
μα αὐτῷ· Διαιρῶν (ι) εἰς κεφαλὰς πτωχῶν, (κ) ξυστοὺς οἰκοδομήσετε,
(λ) καὶ ἀμπελῶνας (μ) φυτεύσετε, (ν) πονηρός (ξ) τὸ πονηρὸν, (ο) τὸ
πονηρὸν, καὶ ἠγαπήκαμεν τὸ καλόν·) (ʻ) ἐλεήσει (π) πλατείαις (ʺ) πάσαις
ὁδοῖς (ρ) ἰδόντας (σ) ἐπελεύσομαι (τ) ὅταν ἐκφύγῃ (¨) εἰσπηδήσει (υ) ἀπ-
ερείσῃ (φ) πρὸς

תרגם יונתן Targum JONATHAN.

5 וְלָא תִתְבְּעוּן לְמֵהַךְ לְבֵיתְאֵל וּלְגִלְגָּלָא לָא תֵיתוּן וּלְבֵאר שְׁבַע לָא תֶעְבְּרוּן אֲרֵי דִי
בְּגִלְגָּלָא מִגְלָא יִגְלוּן וּדְפָלְחִין לְטַעֲוָתָא בְּבֵיתְאֵל יְהוֹן לְלָמָא׃ תְּבַעוּ יַת דַּחַלְתָּא 6
דַיְיָ וְאִתְקַיְּמוּ דִּלְמָא יִדְלַק כְּאֶשָּׁתָא רוּגְזֵיהּ בְּבֵית יוֹסֵף וִישֵׁיצֵי וְלָא יְהֵי חָיֵס בְּחוֹבִין
דַּהֲוֵיתוּן פָּלְחִין לְטַעֲוָתָא בְּבֵית אֵל׃ דְּהָפְכִין לְגִידָא דִּינָא וּזְכוּתָא לְאַרְעָא רַטְשׁוּ׃ 7
8 שְׁבַקוּ לְמִדְחַל מִן קֳדָם דַּעֲבַד כִּימָה וּכְסִילָא וְהָפֵךְ לִנְהוֹר קְבַל וִימָם לְלֵילֵי מַקְבִּיל
9 דְּאָמַר לְכַנָּשָׁא מַשְׁרְיָן סַגִּיאָן כְּמֵי יַמָּא וּמְבַדַּר לְהוֹן עַל אַפֵּי אַרְעָא יְיָ שְׁמֵיהּ׃ דִּמְגַבַּר
10 חַלָּשִׁין עַל תַּקִּיפִין וּבָזוֹזִין עַל כְּרַכֵּי תַקִּיפִין מַשְׁלִיט׃ סָנָן לִדְמוֹכַח לְהוֹן בְּשַׁעֲרֵי בָתֵּי
11 דִּינָא פִּתְגָמֵי אוֹרַיְתָא וְלִדְמְמַלֵּל כֵּיוַנְתָּא מְעַקְמִין׃ בְּכֵן חֲלַף בְּמִבְזְכוֹן מִסְכֵּנַיָּא
וּמֵנַסְבְכוֹן חֲשִׁיבַיָּא בָּתֵּי גְזִירָת בְּנֵיתוּן וְלָא תֵיתְבוּן בְּהוֹן כַּרְמֵי חֶמְדְּתָא נְצַבְתּוּן וְלָא תִשְׁתּוּן
12 יַת חַמְרְהוֹן׃ אֲרֵי גְלֵי קֳדָמַי דְּסַגִּיאִין מֶרְדֵיכוֹן וְתַקִּיפָן חוֹבָתֵכוֹן מְעִיקִין לֵיהּ לְזַכָּאָה בְּדִיל
13 לְקַבָּלָא מָמוֹן דִּשְׁקַר וְדִין חֲשִׁיבַיָּא בְּבֵית כְּנִשְׁתְּהוֹן מַסְטָן׃ בְּכֵן מַלְפַיָּא בְּעִדָּנָא
14 הַהִיא מִן קֳדָם רַשִׁיעַיָּא שְׁתִיקוּ אֲרֵי עִדָּן בִּישׁ הוּא׃ תְּבַעוּ לְאוֹטָבָא וְלָא לְאַבְאָשָׁא
15 בְּדִיל דְּתִתְקַיְּמוּן וִיהֵי כְעַן מֵימְרָא דַיְיָ אֱלֹהִים צְבָאוֹת בְּסַעְדְּכוֹן כְּמָא דַאֲמַרְתּוּן׃ סְנוֹ
לְאַבְאָשָׁא וְרַחֲמוּ לְאֵיטָבָא וְאַתְקִינוּ בְּבֵית כְּנִישַׁתְכוֹן דִּינָא מָאִים יִתְרַחֵם מִן קֳדָם יְיָ אֱלָהָא
16 צְבָאוֹת עַל שְׁאָרָא דְיוֹסֵף׃ בְּכֵן כִּדְנַן אָמַר יְיָ אֱלָהֵי צְבָאוֹת יְיָ בְּכָל רְחוֹבַיָּא מִסְפְּדָא
17 וּבְכָל שׁוּקַיָּא יֵימְרוּן וַי וַי וִיעָרְעוּן אִכָּר לְאֵבֶל וְעָבֵיד מִסְפְּדָא לְדִידְעֵי אֱלְיָא׃ וּבְכָל כַּרְמַיָּא
18 מִסְפְּדָא אֲרֵי אִתְגְּלֵי לְמֶעְבַּד פּוּרְעָנוּת דִּין בְּגַוִּיךְ אָמַר יְיָ׃ וַי לְמַחְמְדִין לְיוֹמָא דַעֲתִיד
לְמֵיתֵי מִן קֳדָם יְיָ לְמָא דְנַן לְכוֹן יוֹמָא דַעֲתִיד לְמֵיתֵי מִן קֳדָם יְיָ הוּא חֲשׁוֹךְ וְלָא נְהוֹר׃
19 כְּמָא דִי יַעֲרוֹק גַּבְרָא מִן קֳדָם אַרְיָא וִיעַרְעִנֵּיהּ דּוּבָּא וְיֵעוֹל לְבֵיתָא וְיִסְמוֹךְ יְדֵיהּ עַל כָּתְלָא
וְיִכְּתְנֵיהּ חִוְיָא׃

PARAPH. CHALD. Versio Latina.

Non quæratis verò pergere ad Bethel, & ad Galgalam ne veniatis, & per 5
Beersabee ne transeatis, quia qui in Galgala, certissimè multabuntur exilio;
& qui colunt idola Bethel, redigentur in nihilũ. Quærite timorẽ Dñi, ut vita 6
potiamini, ne fortè succendatur sicut ignis furor ejus in domo Joseph, qui vo-
ret, nec sit qui extinguat propter peccata vestra, qui serviebatis idolis in
Bethel. Qui convertunt in absinthiũ judiciũ, & justitiã in terrã projiciunt. 7
Desierunt timere à facie [*ejus*] qui fecit Arcturũ & Orionẽ, & convertit 8
in lucẽ tenebras, & diẽ in noctem obtenebrat : qui jubet congregari exer-
cit⁹ multos instar aquarũ maris, & dispergit eos super faciẽ terræ : Dñs no-
men ej⁹. Qui vires auget infirmis contra fortes, & direptoribus super pro- 9
pugnacula fortissimorum imperiũ donat. Odio prosequuntur eum qui cor- 10
ripit eos in *portis domorũ* judicii verbis Legis, & loquentem recta pravita-
tis insimulant. Idcircò pro eo quòd diripiebatis egenum, & vim paupe- 11
ribus inferebatis : domos dolato lapide construxistis, in quibus non habi-
tabitis: vineas desiderabiles plantâstis, quarũ vinum haudquaquam bibetis.
Siquidẽ notũ est mihi quod permultæ sint vestræ prævaricationes, & for- 12
tia peccata vestra: contribulant justũ ut suscipiant mammona iniquitatis, &
judiciũ obscurorũ pervertunt in domo congregationis ipsorũ. Propthereà 13
doctores tunc temporis propter impios conticuerunt, tempus enim malum
erat. Quærite benefacere & non malè, quò vivatis : tunc aderit Verbum 14
Dñi Dei exercituũ in auxiliũ vestrũ sicut dixistis. Odite malefacere, & be- 15
ne operari diligite: & dirigite judiciũ in domo congregationis vestræ: for-
tè misericordia tribuetur à conspectu Dñi Dei exercituum super reliquias
Josephi. Quamobrem sic dicit Dñs Deus exercituum, Dñs ipse: In omnibus 16
plateis erit planctus, & in omnib⁹ compitis dicent, Væ, væ: & convocabunt
agricolam ad luctum, & planctum emittentem ad *eos* qui ejulandi *sunt*
periti. Atque in omnibus vinetis erit planctus; quia apparebo ut faciam 17
ultionẽ judicii in medio tui, dicit Dñs. Væ desiderantibus diẽ qui venturus 18
est à conspectu Dñi: ad quid conducet vobis dies qui adventur⁹ est à facie
Dñi? ipse obscuritas est & non lux. Quomodo vir qui fugit à facie leonis, 19
& occurret ei ursus, & ingreditur domum, & innitetur manu sua super
parietem, & mordebit eum coluber.

Verſio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA.*

5 * ܘܠܐ ܬܒܥܘܢ ܠܒܝܬ ܐܝܠ. ܘܠܓܠܓܠܐ ܠܐ ܬܥܠܘܢ. ܘܠܒܐܪ ܫܒܥ ܠܐ ܬܥܒܪܘܢ.
ܡܛܠ ܕܓܠܓܠܐ ܡܫܒܝܐ ܬܫܬܒܐ. ܘܒܝܬ ܐܝܠ ܬܗܘܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܗܘܬ. * ܒܥܘ 6
ܠܡܪܝܐ ܘܚܝܘ. ܕܠܐ ܢܕܠܩ ܐܝܟ ܢܘܪܐ ܒܒܝܬ ܝܘܣܦ. ܘܢܐܟܘܠ ܠܒܝܬ ܐܝܠ ܘܠܝܬ
ܕܡܕܥܟ. * ܕܗܦܟܝܢ ܕܝܢܐ ܠܓܕܐ. ܘܙܕܝܩܘܬܐ ܠܐܪܥܐ. * ܫܒܩܘ ܠܡܢ ܕܥܒܕ ܟܝܡܐ 7 8
ܘܥܝܘܬܐ. ܘܗܦܟ ܠܛܠܠܐ ܕܡܘܬܐ ܠܨܦܪܐ. ܘܐܝܡܡܐ ܠܠܠܝܐ ܚܫܟ. ܕܩܪܐ ܠܡܝܐ ܕܝܡܐ.
ܘܐܫܕ ܐܢܘܢ ܥܠ ܐܦܝ ܐܪܥܐ. ܡܪܝܐ ܫܡܗ. * ܕܡܫܠܛ ܒܙܝܙܐ ܥܠ ܥܫܝܢܐ. ܘܡܟܝܟܐ 9
ܥܠ ܪܡܐ ܡܥܠܐ. * ܕܣܢܝܢ ܠܡܟܣܢܐ ܒܬܪܥܐ. ܘܠܡܢ ܕܡܡܠܠ ܬܪܝܨܐܝܬ ܡܣܠܝܢ. 10
* ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܠܦ ܕܐܥܨܝܬܘܢ ܠܡܣܟܢܐ: ܘܡܘܗܒܬܐ ܓܒܝܬܐ ܢܣܒܬܘܢ ܡܢܗ. 11
ܒܬܐ ܕܦܣܝܠܬܐ ܕܒܢܝܬܘܢ. ܠܐ ܬܥܡܪܘܢ ܒܗܘܢ. ܘܟܪܡܐ ܕܪܓܬܐ ܕܢܨܒܬܘܢ. ܠܐ ܬܫܬܘܢ
ܚܡܪܗܘܢ. * ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܐܢܐ ܕܣܓܝܐܝܢ ܚܘܒܝܟܘܢ. ܘܥܫܝܢܝܢ ܚܛܗܝܟܘܢ. 12
ܠܥܠܘܒܘܗܝ ܕܙܕܝܩܐ. ܢܣܒܘ ܫܘܚܕܐ. ܘܠܡܣܟܢܐ ܒܬܪܥܐ ܨܠܝܘ. * ܡܛܠܗܢܐ ܡܢ 13
ܕܡܣܬܟܠ. ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܢܫܬܘܩ. ܡܛܠ ܕܙܒܢܐ ܒܝܫܐ ܗܘ. * ܒܥܘ ܛܒܬܐ ܘܠܐ ܒܝܫܬܐ 14
ܕܬܚܘܢ. ܘܢܗܘܐ ܥܡܟܘܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ. ܐܝܟ ܕܐܡܪܬܘܢ. * ܣܢܘ ܒܝܫܬܐ ܘܪܚܡܘ 15
ܛܒܬܐ. ܘܐܩܝܡܘ ܒܬܪܥܐ ܕܝܢܐ. ܟܒܪ ܢܪܚܡ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ ܥܠ ܫܪܟܢܗ
ܕܝܘܣܦ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ. ܒܟܠܗܘܢ ܫܘܩܐ ܡܪܩܕܐ. 16
ܘܒܟܠܗܘܢ ܦܬܝܐ ܢܐܡܪܘܢ. ܘܝ ܘܝ. ܘܢܩܪܘܢ ܠܐܟܪܐ ܠܐܒܠܐ. ܘܠܡܪܩܕܐ ܠܝܕܥܝ
ܐܠܝܬܐ. * ܘܒܟܠܗܘܢ ܟܪܡܐ ܡܪܩܕܐ. ܡܛܠ ܕܥܒܪ ܐܢܐ ܒܓܘܟ ܐܡܪ ܡܪܝܐ. * ܘܝ 17 18
ܠܕܪܓܝܓܝܢ ܠܝܘܡܗ ܕܡܪܝܐ. ܠܡܢܐ ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܝܘܡܗ ܕܡܪܝܐ. ܕܚܫܘܟܐ ܗܘ ܘܠܐ ܢܘܗܪܐ.
* ܐܝܟ ܕܥܪܩ ܓܒܪܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܪܝܐ. ܘܦܓܥ ܒܗ ܕܒܐ: ܘܥܐܠ ܠܒܝܬܐ ܘܣܡܟ ܐܝܕܗ 19
ܥܠ ܫܘܪܐ. ܘܢܟܬܗ ܚܘܝܐ.

Ac ne quæratis Beth-el, & Galgalam ne adeatis, néve tranſeatis ad Bir-ſebaa: quia Galgala procul dubio ibit in captivitatem, & Beth-el erit quaſi non fuiſſet. 5 Quærite Dominum, ut vivatis; ne ardeat velut ignis domus Joſephi, devoretque Bethelem, nemine extinguente: 6 Quòd judicium vertant in abſynthium, juſtitiam in terram: 7 Dereliquerint eum qui fecit Arcturum & Orionem, qui tenebras mortiferas vertit in lucem matutinam, & diem nocte obtenebrat; qui advocat aquas maris, & refundit eas ſuper faciem terræ; cujus nomen Dominus eſt; 8 Qui dominatum præbet imbecilli in fortem, & humilem ſuper excelſum attollit. 9 Quòd pauperem odio proſequantur in porta, & eum qui recta loquitur, deſpiciant: 10 Iccirco, quia pauperem exagitâſtis, & munera ſelecta accepiſtis ab eo; in domibus cæſi lapidis quas ædificâſtis, non habitabitis; & vinearum expetibilium quas conſeviſtis, vinum nequaquam bibetis. 11 Novi enim multa eſſe ſcelera veſtra, & ingentia peccata veſtra. 12 Oppreſſores juſti acceperunt munus, & pauperem in porta perverterunt. Propterea qui prudens eſt, eo tempore ſilebit; quia tempus calamitoſum erit. 13 Quærite bona, non mala, ut vivatis: atque ita aderit vobis Dominus potentiſſimus, quemadmodum dixiſtis. 14 Odio habete mala, & amate bona, & in porta jus conſervate: forſitan miſerebitur Dominus Deus potentiſſimus reliquiis Joſephi. 15 Sic enim ait Dominus Deus potentiſſimus; In omnibus vicis erit luctus, & in omnibus plateis, dicent, Eheu eheu; & vocabunt agricolas ad planctum, ad luctum eos qui nôrunt lamentationes; 16 In omnibus quoque vineis erit luctus; quia tranſibo per medum tui, dicit Dominus. 17 Væ exoptantibus diem Domini: ad quid proderit vobis dies Domini? obſcura namque eſt, non lucida. 18 Perinde ac cui leonem fugienti occurrat urſus; aut domum ingreſſus, manu ſuâ innitatur parieti, & mordeat eum ſerpens. 19

Verſio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA.*

5 * ولا تطلبوا بيت ايل * والي الجلجال لا تدخلوا * وعلي بير الحلف لا تصعدوا * لان
6 الجلجال يسبي * وبيت ايل يكون كانه لم يكن * اطلبوا الرب فتحيون كيلا يلتهب
7 مثل النار بيت يوسف وتاكله * وليس يكون من يطفي في بيت اسرايل * الرب الصانع
8 الي العلا حكما * ووضع عدلا في الارض * الصانع كلا ومهييه ومبدله بالغداة ظلا * ومظلم
النهار ليلا * الداعي ما البحر * ومهرقه علي وجه كل الارض * الرب الاله الضابط الكل اسمه *
9 10 * المقسم كسرا علي قوة * والجالب سقوه علي حصن * ابغضوا المبكت في الابواب * والقول
11 البار رذلوه * لاجل هذا من اجل انهم اقمعوا روس المساكين * وقبلتم الهدايا الحسان منهم *
بنيتم بيوتا محجره ولن تسكنوا فيها * وغرستم كروما مشتهاه ولن تشربوا منها خمرا *
12 * لاني علمت بذنوبكم الكثيرة * وخطاياكم قويه * تدوسون الصديق * واخذون
13 المقايضات المبكتات الفقراء في الابواب * لاجل هذا الفهم في ذلك الزمان يسكت * لان الزمان
14 شرير هو * اطلبوا الجيد لا الشرير كي تحيوا * ويكون هكذا معكم الرب الاله الضابط
15 الكل * هكذا قولوا * ابغضنا الشريرات واحببنا الجيدات * وردوا الحكم في الابواب * كي
16 يرحم الرب الاله الضابط الكل بقايا يوسف * لاجل هذا هكذا يقول الرب الاله الضابط الكل *
في كل الشوارع مناحه * وفي جميع الطرقات يدعي ويل ويل * يدعا الفلاح للحزن والمناحة *
17 والذين يعلمون المراثي * وفي جميع الطرق مناحه * من اجل اني اجوز في وسطك يقول
18 الرب * ويل الذين يشتهون يوم الرب * لماذا هو لكم يوم الرب * هذا هو لكم ظلمة وليس
19 نور * كما اذا هرب انسان من وجه الاسد ويسقط له الذب ويدخل الي بيته ويتكي علي
الحايط فتنهشه الحيه *

Et ne quæratis Beth-il, & ad Galgalem ne ingrediamini, & ſuper puteum juramenti ne aſcendatis: nam Galgal captiva erit, & Beth-il erit ac ſi non fuiſſet. 5 *Quærite Dominum, & vivetis: ne ſuccendatur ſicut ignis domus Joſephi, & devoret eam; nec adſit qui extinguat in domo Iſraelis.* 6 *Dominus qui exercet in excelſis judicium, & poſuit æquitatem in terra,* 7 *Qui omnia fecit, diſponit, & matutino tempore mutat in umbram, quique diem obſcurat in noctem, qui maris aquam evocat, refunditque eam ſuper totius terræ ſolum; Dominus Deus omnipotens eſt nomen ejus:* 8 *Qui fractionem diſtribuit ſuper fortitudinem, & adducit miſeriam ſuper munitionem.* 9 *Odio habuerunt arguentem in portis, & ſermonem juſtum aſpernati ſunt:* 10 *Idcirco, quia fuſti tutuderunt capita pauperum, & dona ſelecta ab eis accepiſtis; ædificâſtis ædes lapideas, at nequaquam habitabitis in eis; plantâſtis vineas exquiſitas, at nequaquam bibetis ex eis vinum.* 11 *Nam plurimas culpas veſtras agnoſco, & peccata veſtra gravia ſunt: conculcatis juſtum, & accipitis permutationes quæ arguunt egenos in portis.* 12 *Ideo prudens eo tempore ſilebit, quia tempus malum erit.* 13 *Quærite bonum, non malum, ut vivatis: atque ita erit vobiſcum Dominus Deus omnipotens.* 14 *Sic dicite, Odio habemus mala, & bona diligimus: & reddite judicium in portis; miſereatur Dominus Deus omnipotens reliquiarum Joſephi.* 15 *Propterea, ſic ait Dominus Deus omnipotens; In omnibus vicis erit luctus, & in viis omnibus clamabitur; Væ, væ; vocabitur agricola ad mœrorem & luctum, ac ii qui nôrunt lamentationes:* 16 *In omnibus, inquam, viis erit luctus, quia tranſibo per medium tui, ait Dominus.* 17 *Væ iis qui expetunt diem Domini: quid prodeſt vobis dies Domini? ea vobis erit tenebræ non lux:* 18 *Quemadmodum cùm fugit aliquis à facie leonis, & incidit in eum urſus; vel ingreſſus domum ſuam imponit manum ſuam parieti, mordetque eum coluber.* 19

עמוס : ו

non & ⁰, caligo & ⁰ }: lux non & ,Domini dies *tenebrositas* Nónne
20 הלא־חשך יום יהוה ולא־אור ואפל ולא־
odorabo non & : vestras solennitates reprobavi ,Odivi ? ei splendor
21 נגה לו: שנאתי מאסתי חגיכם ולא אריח
, *ascensiones* mihi obtuleritis si Quia .*vestros retentiones in*
